
DISPENS
HAFNIÆ








0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

DISPENSATORIUM HAFNIENSE

Jussu Superiorum

à

MEDICIS HAFNIENSIBUS

adornatum

THOMAS BARTHOLINUS

Publici Juris fecit.



Cum Privilegiis.





Joh. Wepfer 1667.

Hafniæ, 1658.

Prostat apud DANIELEM PAULLI
Regium Bibliopolam.

SERENISSIMO PRINCIPI

DOMINO

FRIDERICO TERTIO

DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM, GOTHORUM

REGI,

SLESVISI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ, DITHMARSIÆ

DUCI,

OLDENBORG ET DELMENHORST

COMITI,

DOMINO CLEMENTISSIMO.

NEcessariam sanitatis supellectilem & adversæ valetudinis præsidia, qvibus a morbis & ipsa morte nos strenuè & pro virili vindicamus, Tibi, Rex Auguste, salutis nostræ fortunarumq; arbitro offerimus submisso qvantum possumus vultu, & pleno bonæ spei animo consecramus. Eo jam res nostræ seculi infelicitate devenerunt, ut nisi maturè Reipubl. Medicæ succurras, actum videatur & de nostra, qvi hominum valetudini excubamus, existimatione, & de mortalium incolumitate. Iniqvissima est Medicorum conditio, qvibus pro præmio invidia redditur, & ab Agyrtis insidiæ struuntur. Innoxiè qvivis medicinam profitetur, & divinam artem vulgus contemptu prostituit, qviq; nocturno diurnoq; labore operas nostras publico commodo partimur, vilissimis fungis ludibrium debemus. Publicam causam apud Te, æqvissime Judex, peroramus, qvia exulat salus, in æternum peritura, nisi Tu, Stator publice, postliminio illam revocaveris. Nos frustra hoc saxum volvimus, & inutilis labor noster videbitur tot Compositionibus hoc opere signandis emendandisq; qvia compositos mores pauci amant, & mille hellebori libris vix unicus Empiricus expurgabitur. Tibi igitur, Rex magne, innocentiam nostram & tutelam devotè commendamus. Tu salus Patriæ libertatisq; nostræ vindex, salutis ministros, præter æqvum spretos, & Hygeiam suspirantem, aliqvo apud Te loco esse clementer patiare: sic Te Salus ipsa servet, cui pro Tua salute vota nuncupamus. Haffniæ XX. Mart. CIↃ IↃCLVIII.

Majestati Tuæ

obseqventissimi

MEDICI.

THO-

Thomas Bartholinus

Lectori Benevolo S.

Qvid hoc opere præstitum sit, paucis accipe. Diffusam officinarum nostrarum pomposamqve supellectilem, ad necessarias Compositiones nobisq; Medicis usitatas restrinximus, ne ociosæ thecæ precio ægris damnoso prostarent. Lacunas illarum utilioribus supplevimus, qvæ his officinis propriæ, apud Medicorum nostrorum filios natæ sunt. Qvumq; variæ discrepantesqve medicamentorum formulæ in scriniis Pharmacopæorum serventur, qvibus & Medici & ægri sæpe sunt delusi, singulis justo examine expensis, Compositiones in Dispensatorio hoc signatas publica authoritate omnibus Daniæ & Norwegiæ officinis inducimus, consensumq; stabilimus. Seqvuti sumus presso pede instructissimam *Medicorum Augustanorum* Pharmacopœiam, ad cujus normam pleraq; nostra exegimus. Cursorio qvoq; oculo reliqvos lustravimus, qvi hactenus de suscepto argumento commentati sunt, qvorum nomina, albo æternitatis inscripta, nimis longum foret recensere. In nullius tamen verba aut sententias juravimus, saluti ægrotantium addicti, ex arte emendavimus qvæ-

cunq;

cunq; abſona videbantur, ſuperflua reſecuimus, & adjecimus qvæ deficiebant. Tritiſſimis Mithridatij, Theriaces, &c. Antidotis pepercimus, qvæ ſine ſacrilegii metu vulgus nollet immutari. Dandum aliqvid venerandæ antiqvitati, & ſuperſtitioſo mortalium generi. Neutiqvam igitur è re noſtra eſſe putavimus Camarinam iſtam movere, & ab aliis ulceribus libenter abſtinuiſſemus, niſi ſuperiorum ſuaſu publici boni ratio fuiſſet habenda. Animati ſumus ab Illuſtri Cancellario Dn. CHRISTIANO THOMÆO Eqvite, Senatore Primario, & literatorum Patrono incomparabili, qvem nuper ereptum ſeriò deploramus. Hujus authoritati aſſurgentes, ſorte qvaſi divina, in claſſibus revidendis recenſendisq; Medici Regis & Urbis Excellentiſſimi mecum deſudarunt, *D. Jacobus Janus*, *D. Petrus Bullichius*, *D. Simon Paulli*, *D. Chriſtianus Fabricius*, *D. Paulus Moth*, *D. Jacobus Svab*, *D. Henricus Fuiren*, *D. Ahaſverus Payngk*, qvibus publico nomine pro navata in Diſpenſatorio conficiendo opera ampliſſimæ gratiæ debentur. Nec tacendi, Magnificus p. t. Academiæ Rector, Primo loco nominandus *D. Chriſtianus Oſtenfeld*, & *D. Eraſmus Bartholinus*, Medicinæ Profeſſores, qvorum conſilio non parum nos adjutos grati fatemur. Omnia autem DEO immortali referimus accepta, & publico patriæ commodo devovemus. Pro ingenti labore non tam laudem aucupamur, qvam culpam deprecamur, ſi

vel

vel inviti erravimus; vel omnium exſpectationi non ſatis fecimus. Neglecta hinc inde fuit latini ſermonis puritas & elegantia, nam Pharmacopolis ſcripſimus, & verè *Celſus* monet, morbos non eloqventia, ſed remediis curari.

Vale.

DIS-

DISPENSATORIUM
HAFNIENSE.

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS PRIMA,

CONTINENS SYRUPOS ALTERANTES, MELLA, JULEPOS, MIVAS & ROB. JUXTA ALPHABETI ORDINEM DISPOSITA.



Σὺν Θεῷ.

SYRUPUS DE ABSINTHIO.

R. Absinthii Pontici, seu Romani officinarum & Dioscoridis seu vulgaris, libram semis.
Rosarum saturè rubentium, uncias duas.
Spicæ Indicæ, Drachmas tres.
Vini veteris clari optimi,
Succi Cydoniorum depurati, ana Libras tres, uncias quatuor.

Digere in Balneo Mariæ per viginti qvatuor horas, vase probè obturato; postea fortiter exprime, expressum affunde novis speciebus, & iterum digere per viginti qvatuor horas; cola, in colaturâ, ovi albumine clarificatâ, dissolve
Sacchari optimi, Libras tres;
Coqve lege artis ad consistentiam *Syrupi*.

SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

R. Succi acidi mali Citrii, vel Limonii, non fortiter expressi, sed sponte sua per pannum aut manicam Hippocratis colati, Libras qvatuor.
Sacchari finissimi, ovi albumine clarificati, & ad consistentiam tabulati, aut potius Sacchari Penidii inspissati, & ab igne adhuc tepidi, Libras octo.
misce in vase vitrato, & agita spatulâ ex ligno fraxino

aut fagino factâ, usq; dum citra cocturam redigas ad consistentiam *syrupi.*

SYRUPUS DE SUCCO ACETOSÆ.

R. Succi acetosæ per subsidentiam solam depurati libras tres.
Sacchari clarificati & in vase Samio aut fictili ad tabulati formam, aut paulò spissioris cocti, & adhuc calentis, libras sex, vel qvantum satis. misce, fiat lege artis *Syrupus.*

SYRUPUS DE SUCCO ACETOSELLÆ.

R. Succi Acetosellæ depurati libras duas.
Sacchari clarificati & ad justam consistentiam cocti libras qvatuor.
misce, & para lege artis *Syrupum* sine coctura.

SYRUPUS ACETI SIMPLEX.

R. Sacchari clarificati, qvi in tabulas redigatur apti, & adhuc calentis libras tres.
Aceti vini acerrimi libram unam.
misce in vase vitrato, & redige lege artis in *Syrupum.*

SYRUPUS DE AGRESTA.

R. Sacchari finissimi, bene cocti & inspissati, (ut in Syrupi acetositatis Citri compositione dictum est,) libras tres.
Succi Omphacij seu Agrestæ, sive Uvarum immaturarum, probè per subsidentiam defæcati, libram unam semis.
misce, & fiat lege artis *Syrupus.*

SYRUPUS DE ALTHÆA.

R. Radicum Althææ, uncias duas.
Uvarum passarum expurgatarum, unciam semis.
Cymarum Althææ,
Malvæ, ana manipulum unum.

Conscinde, contunde grosso modo, & coqve in sufficiente qvantitate Aqvæ; ubi advertis mucaginosum reddi decoctum, fortiter omnia exprime frigefacta, & per setaceum agita, dein

R. Radicum Graminis,
Asparagi,
Glyzyrrhizæ ana unciam semis.
Cicerum rubeorum, unciam unam.
Parietariæ seu Helxines,

Pim-

Pimpinellæ,
Plantaginis,
Adianti utriusq; ana manipulum unum.

Coqve ad putrilaginem, exprime, cola: colaturam hanc ovi albumine clarificatam cum priori confunde, postea adde ad singulas libras horum decoctorum Sacchari purissimi libram semis, seu dimidium, & Coqvantur lege artis in *Syrupum*, cavendo ne nimis inspissetur, adhuc calens, qvia refrigeratus facilè sponte sua grumescit,

et, picis in morem, ad digitos lentescit habendo.

Ne tamen dilutior justò situm qvoq; contrahat, è re Pharmacopæorum erit, indere eum phialæ vitreæ, ut ita super Balnei calore tamdiu dextrè exhalet, donec justam consistentiam acqvirat.

SYRUPUS DE ARTEMISIA.

R. Radicum Scorzoneræ Hispanicæ unciam unam,
Pœoniæ,
Fœniculi ana unciam semis
Herbarum Artemisiæ rubræ, manipulos tres.
Rorismarini,
Melissophylli, ana manipulum unum semis.

Conscisa & Contusa, infunde in aqvæ fontanæ,
Vini Rhenani, ana libris tribus.

Stent in digestione Balnei Mariæ, per viginti qvatuor horas: exprime, expressum affunde novis speciebus, iterum digere per viginti qvatuor horas, exprime rursus & cola, colaturam ovi albumine clarifica, postea adhujus infusi singulas libras adde Sacchari dimidium, coqve in vase vitrato, vel stanno inducto, sub finem cocturæ adde unum alterumve cochlear AqvæCinamomi.

misce, fiat lege artis *Syrupus.*

SYRUPUS DE BETONICA.

R. Succi de Betonica, libras tres.
Herbæ recentis Betonicæ grossè concisæ, libram unam.

Digere per viginti qvatuor horas, in Balneo Mariæ, postea ex-

prime,cola, colaturam ovi albumine clarifica,& addito Sacchari dimidio

Coqve lege artis in *Syrupum.*

SYRUPUS DE BERBERIBUS.

R. Succi Berberum per ſubſidentiam depurati libras duas.

Sacchari clarificati, & ad formam tabulati benè inſpiſsati libras qvatuor.

Citra coctúram confice *Syrupum.*

SYRUPUS DE BORRAGINE,

R. Florum Borraginis recentis libras duas.

Aqvæ fontanæ deſtillatæ vel pluviæ,calentis aut tepidæ libras octo.

qvam affunde floribus Borraginis, digerantur in Balneo Mariæ per duodecim horas, dein exprime, expreſſum affunde novis floribus,& hic labor tertia vice iteretur,colatum ovi albumine clarificetur,& coqvatur,addendo ad ſingulas libras decocti Sacchari dimidium.

fiat l.a. *Syrupus* inſpiſſandus in Phiala vitrea ſuper Balnei Mariæ calorem.

SYRUPUS DE BORRAGINE.

R. Succi Borraginis teneræ & florere incipientis, defæcati & clarificati, libras octo.

Sacchari clarificati libras qvatuor.

Coqve in *Syrupum.*

Nota, *Syrupum* de BUGLOSSA ad præſcriptos modos qvoq; confici.

SYRUPUS BYZANTINUS SIMPLEX.

R. Succorum Endiviæ,

Apii ana libras duas.

Lupuli,

Bugloſſæ ana libram unam.

depu-

depurentur per subsidentiam simplicem, coqvantur, despumentur, ac ovi albumine clarificentur, adde ad singulas libras hujus decocti dimidium Sacchari clarificati, vel qvantum satis, & Coqve in *Syrupum*.

SYRUPUS DE CHAMÆMELO.

R. Florum Chamæmeli silvestris seu Vulgaris & arvensis odori, non Romani, in umbra exsiccati, manip. tres.

infunde in Vini Rhenani odoriferi libris tribus. Digere in Balneo Mariæ per duodecim horas, postea exprime, expressum affunde aliis novis floribus Chamæmeli, iterum digere, exprime, & hunc laborem tertia vice repete, expressum, colatum, clarificatum, cum dimidio Sacchari coqve ad consistentiam *Syrupi*.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

R. Capillorum Veneris uncias sex.

macerentur in libris sex Aqvæ, horis viginti qvatuor, deinde coqvantur ad medietatis consumtionem; colaturæ adde

Sacchari libram unam semis.

Fiat *Syrupus*.

SYRUPUS DE CARDUOBENEDICTO.

R. Succi Carduibenedicti depurati libras tres.

Herbarum recentium Carduibenedicti libram unam.

Sacchari clarificati libras duas.

præparetur ex iis *Syrupus*, eo modo, qvo *Syrupus* de Betonica.

SYRUPUS CERASORUM ACIDORUM.

R. Succi Cerasorum acidorum per subsidentiam sine coctura per se depurati, & sponte sua per manicam Hippocratis perfluentis, libras sex.

Sacchari albissimi libras duodecim.

Confice lege artis *Syrupum*, adinstar Syrupi acetositatis Citri, & aliorum acidorum succorum, citra Cocturam.

SYRUPUS DE CICHORIO SIMPLEX.

R Succi Cichorii depurati libras tres.
Sacchari clarificati libram unam femis.
Coqve in *Syrupum.*

SYRUPUS DE CINNAMOMO.

R. Cinnamomi optimi, feu acutifsimi, non pulverifati, fed minutim confracti, uncias duas femis.
Aqvæ Cinamomi cum Vino præparati optimi, libras duas.
Ponantur in Cucurbita vitrea exqvifite obturanda, digerantur per triduum aut qvatriduum in calore cinerum, poftea fortiter per torcular exprime; infufum hoc affunde iterum Cinnamomi unciis duabus femis: idq; duabus vicibus repete. Refiduo verò Cinnamomo omni, feu unciis decem, à qvatuor illis digeftionibus & exprefsionibus collecto, affunde
Vini Malvatici libram unam,
Stent in infufione per viginti qvatuor horas, poftea exprime Malvaticum & remifce Aqvæ Cinnamomi, freqventibus infufionibus Cinnamomi fragrantiâ impraegnatæ; ftent in loco frigido, usq; dum defæcentur, decanta, aut per inclinationem vafis fepara fæces, poftea adde Sacchari ad confiftentiam tabulati probè infpiffati, libras duas femis, & fine ulteriori coctura para *Syrupum.*

SYRUPUS DE COCHLEARIA SIMPLEX.

Syrupus de Cochlearia paratur ut Syrupus de Betonica & Carduobenedicto, & ut alii Syrupi ex fucco.

SYRUPUS DE CORTICIBUS CITRI.

R. Corticum Citri aut Limonum flavorum extimorum dexterrimè à recentibus malis decorticatorum libram unam.
infunde in Vini generofi libris qvatuor. Digere lege artis in Cinerum igne per viginti qvatuor horas, exprime blandè: hoc infufum affundendum novis corticibus Citri aut Limonum. Digere iterum per viginti qvatuor horas, & fi opus, majoremq; adhuc fragrantiam reqvires tertia vice infufio & digeftio iteranda, dein
R. Granorum tinctorum, feu Chermes verorum (non autem folliculorum) drachmas duas,

feor-

ſeorſim infunde in vini optimi librâ ſemis. extrahe ex iis lege artis tincturam, reſiduo adhuc affunde Vini Rhenani uncias aliqvot, usq; dum omnis tinctura ex granis extracta ſit: Coqve prius infuſum corticum Citri ſeorſim, & deſpuma, ſub finem verò coctur æ, affunde ei tincturam granorum Chermes, ac ſpatulâ convenienti agita: ultimò remiſce iis Sacchari dimidium, ad conſiſtentiam tabulati cocti vel qvantum ſatis, ut ita leni ſaltem interveniente coctura facilè in *Syrupum* coaleant, aut infunde potius phialæ, ut in ea calore balnei lege artis inſpiſſetur: cui pro lubitu, moſchi in aqva Roſarum ſoluti grana aliqvot admiſcere poteris.

SYRUPUS CYDONIORUM.

R. Succi Cydoniorum acidorum, per ſubſidentiam ſolam & ſine coctura, defæcati & percolati libras tres.
Sacchari ovi albumine clarificati, & ad conſiſtentiam tabulati cocti libras ſex.
miſce, & ſine ulla coctura ſpatulâ agitando fiat *Syrupus*.
Vide præparationem Syrupi de Pomis Simplicis.

SYRUPUS DE ENDIVIA SIMPLEX.

R. Succi Endiviæ domeſticæ ſeu hortenſis depurati libras tres. Cola, colaturam Ovi albumine clarifica, & addito Sacchari dimidio, Coqve in *Syrupum*.

SYRUPUS DE ERYSIMO.

R. Vulgaris Eryſimi totius recentis, (minimè verò Sophiæ Chirurgorum) manipulos ſex.
Radicum Helenii,
Tuſsilaginis, (ſucco adhuc prægnantium,)
Glyzyrrhizæ ana uncias duas.
Borraginis,
Cichorii,
Capillorum Veneris ana Manipulum unum ſemis.
Florum Cordialium,
Anthos,
Stæchadis vel Betonicæ ana Manipul: ſemis

Aniſi

Anisi Drachmas Sex.

Passularum mundatarum uncias duas.

incisis ac contusis, fiat omnium ex arte decoctio in sufficiente qvantitate Aqvæ hordei, hydromelitis & Succi Erysimi seu Irionis uncias sex, ad libras duas vel tres, exprime, inq. colatura dissolve Sacchari qvantum satis, fiat *Syrupus*.

SYRVPVS DE EVPATORIO GRÆCORVM seu de AGRIMONIA.

Paratur ut alii Syrupi ex succo parandi. Vide Syrupum de Betonica.

SYRVPVS DE FARFARA, seu TVSSILAGINE.

R. Succi Farfaræ seu Tussilaginis ex toto lege artis depurati libras tres.

Sacchari clarificati libram unam semis.

Coqve in *Syrupum*.

Idem qvoq; ex repetitis infusionibus florum recentium, ex Aqva pluvia vel fontana destillata, parari potest.

SYRVPVS DE FRAGIS.

R. Succi Fragorum per se depurati & colati libras tres.

Sacchari clarificati & ad consistentiam Tabulati cocti libras sex.

vel qvantum satis; cui tepenti admisce Succum Fragorum, misce fiat lege artis *Syrupus* sine coctione.

SYRUPVS DE FVMARIA SIMPLEX.

R. Succi fumi terræ depurati libras tres.

Sacchari clarificati libras duas

Coqve in *Syrupum*.

SYRVPVS DE GLYZYRRHIZA.

R. Radicum Glyzyrrhizæ rasæ & contusæ uncias duas.

Capillorum Veneris unciam unam.

Hyssopi unciam semis.

Macerentur super cineribus calidis in convenienti vase per viginti qvatuor

qvatuor horas, in Aqvæ pluviæ vel fontanæ destillatæ libris qvatuor, Coqve ad dimidias; Colaturæ, ovi albumine clarificatæ, adde

Penidiorum sine amylo, seu Sacchari ad consistentiam Sacchari penidii cocti uncias viginti qvatuor.

Coqve ad consistentiam perfectam Syrupi. Cui tepefacto affunde Julepi Rosarum qvantum satis.

Fiat *Syrupus*.

SYRUPUS GRANATORUM DULCIUM.

R. Succi Granatorum dulcium, eum in modum depurati, ut succus citri depuratur, libras tres.
Sacchari clarificati libras sex.
Para lege artis *Syrupum* sine coctura.

Vide Compositionem Syrupi Acetositatis Citri, Berberum & similium ex fructibus paratorum.

SYRUPUS GRANATORUM ACIDORUM.

Hic paratur eodem modo ut Syrupus Granatorum dulcium.

SYRUPUS DE SUCCO HEDERÆ TERRESTRIS.

R. Succi Hederæ terrestris libras tres.
Herbæ Hederæ terrestris recentis, grosse concisæ libram unam.
Sacchari clarificati libram unam semis.

Coqvantur ut artis est in *Syrupum*.

SYRUPUS DE HYSSOPO.

R. Hyssopi mediocriter siccæ,
Radicum Apii,
Fœniculi
Petroselini
Glyzyrrhyzæ ana Drachmas decem.

Capillorum Veneris Drachmas Sex.
Infunde in sufficiente qvantitate aqvæ, stent in loco calido cinerum per viginti qvatuor horas, postea exprime, cola, colaturam ovi albumine clarificandam coqve ad dimidias, postea
R. Hordei mundati unciam semis.
Seminis Malvæ,
Cydoniorum ana Drachmas tres.
Zyzyphorum seu Jujubarum,
Sebesten seu Myxorum ana numero triginta,
Uvarum passarum enucleatarum unciam unã semis.
Caricarum,
Dactylorum pingvium ana numero decem.
Coqve in Aqvæ libris sex, decoctum ubi refrixit, exprime, cola, qvô factô, prius decoctum herbarum & radicum cum hoc confunde, addendo Sacchari libras duas.
Coqve ad consistentiam *Syrupi*, cavendo ne nimis lentescat.

SYRUPUS DE JUJUBIS SIMPLEX.

R. Jujubarum pingvium, non rugosarum leniter contusarum numero centum.
Coqve in Aqvæ Cælestis seu pluviæ libris qvatuor ad dimidias, cum Sacchari libra una
Coqve ad consistentiam justam *Syrupi*.

SYRUPUS DE MELISSOPHYLLO.

R. Succi Melissophylli adinstar succi Betonicæ depurati & præparati libras tres.
Sacchari dimidium.
Coqve lege artis in *Syrupum*.

SYRUPUS DE MENTHA MINOR.

R. Succi Menthæ crispæ depurati & præparati, ut Succus Betonicæ, libras tres.
Sacchari libram unam semis.
Coqve in *Syrupum*; postea
R. Syrupi Granatorum dulcium,

acidos

acidorum, ſine coctura parato-
rum ana partes æqvales:

qvibus admiſce parem qvantitatem Syrupi de Mentha.

SYRUPUS MYRTILLORUM.

R. Succi myrtillorum (Nobis Blaabær dictorum) qvantum vis, depurandi inſtar ſucci ceraſorum, fragorum aut ſimilium fructuum, cui remiſceatur ſacchari ad conſiſtentiam Tabulati cocti qvantum ſatis. Fiat *Syrupus* ſine coctura.

SYRUPUS DE NYMPHÆA SIMPLEX.

Fit ex trina florum Nymphææ albæ infuſione, prout Syrupus Roſarum & violarum. Qvi volunt, etiam ex Succo parare poſſunt.

SYRUPUS DE PAPAVERE SIMPLEX.

R. Capitum Papaveris albi recentium & ſeminibus refertorum, groſsè conciſorum ac contuſorum uncias qvinq;.

Coqve in ſufficiente qvantitate Aqvæ pluvialis ad medias, vel usq; dum molleſcant & tabefiant, exprime ex iis ſuccum decenti frictione manuum & expreſsione, ſed non priùs, qvàm refrixerint Papaverum capita, unà cum decocto; qvod per colatorium colandum, clarifica, & ad ſingulas libras hujus decocti adde Sacchari finiſsimi dimidium vel qvantum ſatis, ut leniter cocta in *Syrupum* vertantur.

SYRUPUS DE PAPAVERE ERRATICO, qvod aliàs PAPAVER RHOEAS dicitur.

Fit ex trina florum infuſione, ut Syrupus Roſatus ſimplex, qvamvis idem ex ſucco qvoq; parari qveat.

SYRUPUS DE POEONIA.

Paratur lege artis ex trina florum infuſione, ut Syrupus Roſatus aut Violatus.

SYRUPUS DE POMIS SIMPLEX.

R. Pomorum dulcium,

acidorum, optimæ notæ & fragrantiæ, aliqvandiu seu per tres qvatuorve hebdomadas in oporothecis reconditorum, non decorticatorum, ana qvantum vis.
Fiia ad radulam culinariam ex bracteis ferreis, stanno incrustatis confectam, foraminosam & asperam volvarum pomorum tenus, qvæ projiciendæ una cum nucleis, qvo facto repone friata illa poma succosa in vitrato vase in locum subterraneum, usq; dum sponte sua succus depuretur per colatorium agitandus, postea

R. Hujus Succi depurati libras tres.
Sacchari ad consistentiam penidii probè inspissati libras sex.

Fiat lege artis *Syrupus* sine coctura.

SYRUPUS DE PORTULACA.

R. Succi Portulacæ libram unam
Endiviæ,
Granatorum acidorum ana libram semis
Omnium lege artis depuratorum,
Sacchari libram unam.
Despuma, coqve in vase vitrato in *Syrupum*.

SYRUPUS DE PRASIO.

R. Herbæ Prasii seu Marrubii albi non adeò sicci, uncias duas.
Radicum Glyzyrrhizæ unciam unam.
Capillorum Veneris.
Hyssopi parum sicci ana Drachmas sex.
Calaminthæ,
Seminis Anisi,
Radicum Apii,
Fæniculi, ana Drachmas qvinq;.
Ireos Drachmas tres.
Concisa & grosso modo contunsa, Coqve in Aqvæ fontanæ libris octo, ad dimidias, cola, & ovi albumine clarifica, postea
R. Seminis Malvæ,
Fœnugræci ana Drachmas tres.

Lini,

Lini,
Cydoniorum una Drachmas duas.
Passularum enucleatarum uncias qvinq;.
Caricarum pingvium Numero sedecim.

Coqve in sufficiente qvantitate aqvæ fontanæ, qvâ mucilaginosâ redditâ, desiste à cocturâ, finito frigefieri decoctum hoc, tum exprime, cola, & misce priori decocto, addendo ad singulas libras dimidium Sacchari & coqve lege artis in *Syrupum*.

SYRUPUS DE DUABUS RADICIBUS.

R. Radicum Petroselini
Fœniculi ana uncias qvatuor.
Aqvæ fontanæ destillatæ vel pluviæ libras qvinq;.

Coqve ad medias: colaturæ adde Sacchari albissimi libras duas. Fiat *Syrupus*.

SYRUPUS DE QVINq; RADICIBUS.

R. Radicum Apii,
Fœniculi,
Petroselini,
Asparagi,
Rusci ana uncias duas.
Seminis Apii,
Petroselini,
Fœniculi, ana unciam unam.
Aqvæ fontis libras decem.

Coqve ad medietatis consumtionem, finito sponte frigefieri decoctum, dein horis duodecim finitis exprime, cola, & albumine ovi clarifica, addendo
Sacchari probè inspissati libras tres.
Aceti Vini uncias octo.

Coqve lege artis in *Syrupum* in vasa vitrato;

SYRUPUS DE RIBIBUS.

R. Succi Ribium depurati libras tres.
Sacchari clarificati, & ad consistentiam tabulati redacti libras sex.

 Misce,

Misce, & paretur lege artis *Syrupus*, ut fieri assolet ex succis acidis fructuum.

SYRUPUS ROSATUS SIMPLEX.

R. Rosarum rubearum recentiũ resectis ungvibus libras qvat.
Aqvæ fontanæ destillatæ vel pluviæ calentis libras sedecim.
Stent in infusione per viginti qvatuor horas, tum rejectis prioribus rosis, totidem recentes sumantur ac reiteretur id tertium, deinde mediocriter expressi, infusi, colati, ac per subsidentiam defæcati singulis libris adde simplum Sacchari clarificati vel qvantum satis. Fiat *Syrupus*, qvi inditus Phialæ vitreæ, sensim Balnei calore ad justam consistentiam redigatur.

SYRUPUS DE ROSIS SICCIS.

R. Rosarum ex atro-rubentium exsiccatarum libram unam. ℥
Infundantur in Aqvæ calentis puræ libris sex, horis viginti qvatuor & fiat *Syrupus*, ut proximè præcedens.

SYRUPUS DE RUBO IDÆO.

R. Succi baccarum Rubi Idæi diligenter lege artis transcolati libras tres.
Sacchari ad consistentiam tabulati probè inspissati libras Sex.
Misce, & fiat *Syrupus*, adinstar Syrupi Cerasorum acidorum.

SYRUPUS DE SCABIOSA.

R. Succi Scabiosæ probè defæcati libras tres.
Sacchari libram unam semis.
Coqve in *Syrupum*.

SYRUPUS SCELOTYRBICUS.

R. Succi Nasturtii aqvatici,
Becabungæ, ana Libram semis.
Fumariæ,
Lupuli, ana uncias tres.
Digere per viginti qvatuor horas in Balneo Mariæ, vase probè operculato, defæcatum succum affunde
Herbæ Nasturtii aqvatici recentis,
Becabungæ, ana unciiis tribus,

Fuma-

Fumariæ,
Lupuli ana unciæ uni ſemis.
Conſcinde groſſo modo, digerantur iterum per viginti qvatuor horas in Balnei calore, poſtea exprime, cola & dimidio vel tribus partibus Sacchari additis, ad ſingulas libras Succorum.
Coqve in *Syrupum*.

SYRUPUS DE SCOLOPENDRIO FERNELII.

R. Polypodii qvercini,
Radicum Bugloſsæ utriusq;
Corticum radicum Capparum,
Tamariſci ana uncias duas.
Scolopendrii veri, ſeu Ceterach manipulos tres.
Lupuli,
Capillorum Veneris,
Cuſcutæ,
Meliſſophylli ana manipulos duos.
Coqvantur in Aqvæ libris novem, ad remanentiam librarum qvinq;, colaturæ huic adde
Sacchari albi libras qvatuor.
Percoqvantur in *Syrupum*.

SYRUPUS DE SCORDIO SIMPLEX.

R. Succi Scordii noſtratis depurati libras tres,
Herbæ recentis Scordii libram unam.
Digere in Balneo Mariæ per viginti qvatuor horas, cola, adde
Sacchari Libram unam ſemis.
Fiat *Syrupus*.

SYRUPUS DE STOECHADE.

R. Florum Stoechadis Arabicæ uncias qvatuor,
Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana unciam unam ſemis.
Salviæ,
Betonicæ,
Florum Roriſmarini, ana unciam ſemis.

Semi-

Seminis Rutæ,
Pæoniæ,
Fœniculi, ana Drachmas tres.

Infunde in Aqvæ pluviæ libris decem, digere per viginti qvatuor horas in Balneo Mariæ, postea exprime infusum, & affunde iisdem speciebus novis, iterum digere per viginti qvatuor horas, postea exprime, cola, depuretur, & ad singulas libras adde Sacchari ad tabulati formam cocti dimidium, vel qvantum satis

Coqve in *Syrupum*.

Affunde Aqvæ Cinamomi parum vel Syrupi Cinamomi qvantum satis, in fine cocturæ tepidæ.

SYRUPUS DE SYMPHYTO FERNELII.

R. Radicum & Cymarum Symphyti majoris & minoris, ana Manip: tres.
Rosarum rubrarum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni
Scabiosæ,
Tussilaginis, ana manipulos duos.

Ex tusis omnibus recentibus exprimatur succus, coqvaturq; & & exspumetur ad libras tres, addendo
Sacchari albi libras duas semis.

Fiat *Syrupus*.

SYRUPUS FLORUM TUNICÆ.

Fit ut Syrupus rosatus simplex, & alii consimiles, qvi ex trina florum infusione parari consveverunt.

SYRVPVS DE SVCCO VERONICÆ.

Fit ut Syrupus de Betonica.

SYRUPUS VIOLATVS SIMPLEX.

Fit eodem modo, qvo Syrupus rosatus simplex.

Notandum: Syrupos ex floribus longè sapidores & svaveolentiores

riores comparari per infusionem, qvàm ex succis eorundem, qvocunq; modo defæcatis, despumatis, colatis, coctis deniq;.

MEL ANTHOSATUM.

R. Mellis Rosati dilutioris simplicis libras tres.
Florum recentium Rosmarini cum summitatibus, leniter contundendorum manipulos sex.

Stent in infusione in Balneo Mariæ horis duodecim, deinde exprimantur, expressum hoc Mel affunde novis floribus & summitatibus qvantum vis. Idq; tertia vice repete, digere, cola, colatũ infunde Phialæ vitreæ ut subsidio Balnei Mariæ caloris, lentè & sine empyreumate justam consistentiam acqvirat, qvod evitare alii student sola insolatione.

MEL PASSULARUM.

R. Uvarum passarum libras qvatuor.
Aqvæ libras duodecim.

Macerentur horis viginti qvatuor, deinde decoqvantur ad remanentiam tertiæ partis: colentur, & colatura decoqvatur ad Mellis consistentiam & reponatur. Hoc decoctum seu Mel Passularum, Sapæ succedaneum est.

MEL ROSATUM SIMPLEX.

R. Rosarum rubrarum efflorescentium ungvibus resectis libras tres.
Aqvæ fontanæ destillatæ vel pluviæ puræ & calentis libras duodecim,

Stent in infusione per viginti qvatuor horas, in Balneo Mariæ, abhinc rejectis prioribus rosis, totidem recentes rursus priori brodio infundantur, reitereturq; id tertium. Tandem colati libris qvinq; addantur libræ qvatuor mellis, Coqvantur simul ut artis est.

OXYMEL SIMPLEX.

R. Mellis aqvâ pluviâ despumati libras duas.
Dissolve ac funde id in vase vitrato.

Aceti vini acerrimi libram unam, vel qvantum satis; Ut sine empyreumate redigi in Syrupum justæ consistentiæ qveat.

OXYMEL COMPOSITUM.

R. Corticum Apii,
Petroſelini,
Ruſci,
Fœniculi,
Aſparagi,
Inciſorum & contuſorum ana uncias duas.
Seminis Apii,
Fœniculi,
Petroſelini, ana unciam unam.
Aqvæ fontanæ deſtillatæ vel pluviæ libras Sex.
in qvibus per viginti qvatuor horas cortices & ſemina infundantur, digerantur, coqvantur ad tertiæ partis conſumtionem.
Colaturæ ovi albumine clarificatæ admiſce
Oxymellis ſimplicis libras tres, vel qvantum ſatis.
Fiat *Oxymel compoſitum.*

OXYMEL SCILLITICUM MESUÆ.

R. Mellis deſpumati libras tres.
Aceti Scillitici libras duas.
Coqvantur ad perfectam Conſiſtentiam.

JULEP. ROSARUM.

R. Aqvæ Roſarum odoratiſsimæ externa affuſione & deſtillatione recentium florum paratæ libras tres.
Sacchari ad conſiſtentiam tabulati cocti libras Sex.
Para, ſine coctura citeriori, *Julepum.*

JULEP. VIOLARUM.

Paratur ut proximè præcedens Roſarum Julepus.

MIVA CIDONIORUM SIMPLEX.

R. Syrupi Cydoniorum ſine coctura parati duplum.
Vini albi recentis ſimplum.
Miſce ubi uſus poſtulat, nulla interveniente coctione.

DIACARYON ſeu ROB NUCUM DIANUCUM qvoq; dictum.

R. Succi

R. Succi Corticum viridium Juglandium diebus canicularibus extracti, & per subsidentiam solam in vase vitrato defæcati colati libras qvatuor.

Mellis libras duas.

Coqve ut artis est.

DIAMORUM SIMPLEX GALENI.

R. Succi Mororum domesticorum adhuc immaturorum per subsidentiam solam defæcati libras qvinq;.

Mellis libram unam

Coqve ad justam consistentiam.

DIAMORUM Usitatum NICOLAI.

R. Succi Mororum Batinorum id est Rubi Libram unam.

Mororum Celsi seu domesticorum Libram semis.

Mellis simplicis libram unam.

Passulati,(ubi sapa destituimur) uncias tres.

Succos mororum prius depuratos cum utroq: hoc melle, vel alterutro, cum Sapa in vase vitrato coqve: coctum percola & serva.

ROB BERBERUM SIMPLEX.

R. Succi de Berberibus Libras tres vel qvantum vis.

Coqvantur per se ad spissitudinem mellis.

ROB BERBERUM COMPOSITUM.

R. Succi Berberum depurati libras duas.

Sacchari optimi Libram unam.

Coqvantur ut artis est.

Differt coctura á Syrupo Berberum, & qvod Rob minus Sachari reqvirat.

Sciendum eo qvoq; modo qvo vel simplex Rob Berberum vel compositum conficitur, lege artis parari posse seqventia:

Rob de Agresta,
Cerasorum,
Cydoniorum,
Juniperinum,
Prunorum silvestrium, seu Acaciæ nostratis.
De Ribibus nostratibus,
Sambucinum,
Ex Baccis Ebuli.

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS SECUNDA, PROPONENS Syrupos Purgantes.

SYRUPUS FLORUM ACACIÆ.

Paratur ex multiplici infuſione florum, ad normam Syrupi Roſati laxativi ſimplicis.

SYRUPUS DE CICHORIO cum RHABARBARO.

℞. Radicum Fœniculi,
Apii,
Aſparagi ana uncias duas.
Fructuum Halicacabi ſeu Veſicariæ aut Alkekengi,
Glyzyrrhizæ ana drachmas duas.

infunde in decocti hordei ex aqva pluvia parati libris triginta, vel qvantum ſatis, ſtent in digeſtione per viginti qvatuor horas, exprime, cola, poſtea.

℞. Endiviæ domeſticæ
ſilveſtris ana manipulos duos ſemis.
Cichorii
Taraxici ana manipulos duos.
Cicerbitæ ſeu Sonchi lævis,
Hepaticæ ſeu Lichenis,
Lactucæ domeſticæ
Fumi terræ,
Lupulorum ana Manipulum unum.
Capillorum Veneris uncias duas, drachmas duas.
Ceterach,
Cuſcutæ, ana Drachmas ſex.
Adianti vulgaris ſeu Rutæ murariæ uncias duas.

qvibus

qvibus affunde expressam colaturam hujus infusi; stent in digestione per duodecim horas; infusum hoc iterum exprime cola, colaturam coqve ad medietatis consumtionem, deniqve pro unaqvaq; libra hujus decocti, ovi albumine clarificati.

R. Rhabarbari optimi unciam semis.

Spicæ Nardi vel Schœnantheos scrupulos duos.

Infunde seorsim per viginti qvatuor horas, iu aqvæ Cichorii sufficiente qvantitate, extrahe per digestionem Balnei Mariæ tincturam Rhabarbari, qvam huic decocto sub finem remiscebis, addendo

Sacchari finissimi clarificati Libras decem, vel qvantum satis.

Coqve lege artis in Syrupum.

SYRUPUS DIASEREOS.

R. Radicum Apii,

Fœniculi,

Asparagi, ana unciam semis

Polypodii Qvercini unciam unam.

Glyzyrrhizæ Drachmas Sex.

Infunde in sufficiente qvantitate decocti hordei ex Aqva pluvia parati, stent in digestione per viginti qvatuor horas; exprime, cola.

R. Intybi latifolii seu Endiviæ,

Cichorii, ana manipulos tres.

Adianti albi, seu Rutæ murariæ

nigri seu Capillorum Veneris,

Agrimoniæ,

Scolopendrii seu Ceterach,

Lupuli,

Fumariæ ana manipulum semis.

Cuscutæ Drachmas tres,

qvibus affunde superius brodium, stent in digestione per duodecim horas, loco calido cinerum, postea exprime, cola, colaturam ovi albumine clarifica, & coqve ad tertias, qvam calidam affundes

Rhabarbari electi unciis duabus semis.
Agarici trochiscati unciæ uni.
Seminis Cnici,
Foliorum Senæ, ana unciæ uni semis.
Zinz beris,
Cinamomi ana Drachmæ uni.
Florum Boraginis,
Buglossi,
Violarum ana pugillo uni.

Stent in digestione, per duodecim horas, vase probè obturato, facta decenti expressione, & colatura.

R. Qvoq; Granorum Halicacabi Drachmas tres.
Uvarum passarum unciam unam.
Prunorum Damascenorum Numero viginti,
Myrobalanorum Citrinorum
Chebulorum ana unciam semis.

Coqve in aqva pura ad tertias, decoctum hoc ubi refrixit, exprime, cola, cum priori confunde, ac ovi albumine clarifica, leniter omnia ebulliant, qvibus adde
Sacchari optimi qvantum satis,
Syrupi rosarum solutivi uncias tres.
Coqve in *Syrupum*.

SYRUPUS DE TRIBUS INFUSIONIBUS Foliorum Senæ ex descriptione D. JACOBI FABRICII, Collegæ qvondam nostri honoratissimi, conjunctissimi.

R. Radicum Liqviritiæ,
Polypodii,
Cichorii, ana unciam unam.
Passularum minorum uncias duas.
Prunorum Ungaricorum numero duodecim.

Post decentem macerationem decoqvantur in sufficiente qvantitate aqvæ, dein colentur & infundantur
Foliorum Senæ Alexandrinæ sine stipitibus unciæ tres.

per

per duodecim horas ebulliant & colentur. *Iterum* injiciantur foliorum Senæ unciæ tres. Post horas duodecim iterum ebulliant, mox exprime, dein adde

Foliorum Senæ sine stipitibus uncias tres.
Agarici albissimi,
Rhabarbari optimi, ana unciam semis.
Spicæ Celticæ Scrupulos qvatuor.
Zinziberis,
Cinnamomi,
Gariophyllorum ana Drachmam unam semis
Trium florum Cordialium ana pugillos duos.

Post horas duodecim exprime fortiter, & cum Sacchari Libris tribus ad consistentiam *Syrupi* decoqvantur.

SYRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS SIMPLEX sive MUCHARUM.

R. Foliorum florum Rosarum (pallidarum Damascenarum omnimodè explicatarum) integrorum & non contusorum Libras qvatuor.

Aqvæ fontanæ destill. vel pluviæ libras triginta duas.

Stent in infusione loco calido cinerum per viginti qvatuor horas, in vase fictili seu terreo probè operculato, postea facta expressione infusum istud rursus calfiat citra ebullitionem, & in eo totidem pondo rosas recentes totidemq; horis infundes ac macerabis, idq; qvinqvies vel sexies repetes, vel usq; dum advertitur illud infusum parum vel nihil per macerationem aut digestionem imbibere de Rosarum colore, cujus indicina est, qvod propemodum servent Rosarum folia eandem frangrantiam, qvam qvâ erant cum infunderentur; dilutum autem rosarum seu infusum instillatâ una itemq; alterâ guttulâ Spiritus Vitrioli valdè tingatur: ad hujus ergò ita impensè à Rosis colorati infusi probè per se defæcati & colati libram unam, addatur dimidium Sacchari ad consistentiam tabulati inspissati, ut in phiala de eo tantum super Balnei calore exhalet, qvantum reqviritur ad justam consistentiam *Syrupi*.

SYRU-

SYRUPUS EMETICUS sive OXYSACCHARUM ANGELI SALÆ, ex autographo; aliis OXYMEL VOMITORIUM dictum.

℞. Vitri Antimonii pulverisati unciam unam.
Cinnamomi optimi electi,
Zedoariæ,
Ligni Aloës veri,
Seminis Angelicæ, ana Drachmas duas.
Croci Anglici Drachmam semis.
Aceti rosati vel Sambucini vel simplicis Vini libram unam semis ponderis medicinalis.

Concisa & contusa stent in Balneo Mariæ, calore lento per viginti qvatuor horas, filtra per chartam bibulam. Adde Sacchari albissimi ad pondus prædicti liqvoris qvantum satis.

Fiat secundum artem *Syrupus*.

Cui similem alii non ex vitro Antimonii, sed ex Croco illius parant & appellant Syrupum Philosophicum, cujus hæc est descriptio:

SYRUPUS PHILOSOPHICUS.

℞. Croci metallorum Drachmas duas.
Cui affunde Vini Rhenani optimi Libram unam.
Stent in infusione per noctem loco calido, dein per chartam bibulam colentur, colaturæ adde
Sacchari uncias duodecim.
Fiat lege artis *Syrupus*. Cui in fine coctionis adde
Aqvæ Cinnamomi Unciam semis.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS TERTIA, ELECTUARIORUM LENIENTIUM.

FLOS ſive PULPA CASSIÆ.

R. Siliqvas Caſsiæ ponderoſas & non reſonantes, ex qvibus apertis contentam pulpam cum ſeminibus & laminis exime, cribroq; ſubtili ex ſetis eqvinis confecto impone, cochlearis deinde convexa parte, ſuppoſito priùs vaſe aqva bulliente pleno, fortiter hinc inde ducito, ut per cribrum paulatim tranſeat, id verò qvod penetravit confeſtim ſubinde auferto, ne nimiâ aqvei vaporis copia imprægnetur. Hoc tam diu continuandum donec deſiderata ejus qvantitas collecta fuerit.

Ægrorum interim ſaluti meliùs proſpicietur, ſi, urgente neceſsitate, ſemper recens extrahatur, cùm diu incorrupta aſſervari neqveat.

CASSIA EXTRACTA pro Clyſteribus.

R. Violariæ,
Malvæ,
Mercuralis,
Betæ,
Parietariæ,
Fl. Violarum ana Manipulum unum.

Fiat omnium decoctio in aqva ſufficiente, qvo decocto Caſsia extrahatur, & ſiliqvæ ejus laventur; deinde

R. Pulpæ Caſsiæ hoc modo extractæ, & ad ſpiſsitudinem coctæ libram unam,
Sacchari rubri, ſeu Thomæi libram unam ſemis.
Coqv. ad perfectionem ſecundum artem.

D PUL-

PULPA PRUNORUM.

R. Prunorum Damaſcenorum, vel magnorum acidorum & vinoſorum qvantum voles; exemptis deinde nucleis in fictili vitreato magno coqvito: hinc per Cribrum ſetaceum exprime; expreſſam pulpam denuo lento igne ad perfectam ſpiſsitudinem percoqve, addendo ſacchari albi partem tertiam.

PULPA TAMARINDORUM.

Extrahitur eodem modo, qvo Pulpa Caſsiæ.

ELECTUARIUM DIACATHOLICUM.

R. Polypodij qvercini libram ſemis.

Decoqvatur in aqvæ communis menſuris qvatuor ad medietatis conſumptionem; cum ejus decocti qvantitate ſufficiente extrahe

Pulpæ Caſsiæ
Tamarindorum ana uncias qvatuor.

Inſpiſſentur pulpæ, donec ad juſtam conſiſtentiam fuerint redactæ: deinde cum reſiduo decocto diſſolve

Sacchari albi libras qvatuor & unciam ſemis.

Coqvantur ſimul ad Syrupi conſiſtentiam: ubi paululum refrixerint adde Pulpam Caſsiæ & Tamarindorum, probè agitando. Poſtea ſubſeqventes pulveres paulatim inſperge, & confice Electuarium, ut artis eſt:

R. Senæ uncias qvatuor,
Rhabarbari,
Violarum,
Polypodij,
Aniſi ana uncias duas.
Seminum qvatuor frigidorum majorum excorticatorum ana unciam ſemis.
Radicis Glycyrrhizæ drachmas duas.

Pulveriſentur ſimul omnia, & miſceantur, ut artis eſt.

ELECTUARIUM LENITIVUM Florenzolæ.

R. Ca-

R. Capillorum Veneris, seu Adianti nigri,
Violarum recentium,
Hordei mundi ana Manipulum unum.
Foliorum senæ,
Polypodii ana uncias duas.
Mercurialis Manipulum unum semis.

Bulliant in sufficiente qvantitate aqvæ communis & colentur? Deinde

R. Passularum enucleatarum uncias duas.
Jujubarum,
Sebesten ana Numero viginti.
Glycyrrhizæ unciam semis.
Prunorum enucleatorum,
Tamarindorum ana drachmas sex.

Decoqvantur, ut artis est, in sufficiente qvantitate aqvæ ad consumptionem duarum tertiarum, postmodum cola, colaturam priori misce, in qva dissolve

Pulpæ Casiæ,
Tamarindorum,
Prunorum,
Sacchari optimi ana uncias sex.
Syrupi violati solutivi uncias tres.
Pulveris senæ uncias tres semis.

Fiat *Electuarium* secundum artem.

DIAPRUNIS LENITIVUM, seu
Diadamascenum Nicolai.

R. Violarum unciam unam semis.

Decoqvatur in aqvæ puræ unciis decem & octo ad tertias, cum cujus decoctionis parte extrahatur

Pulpa Prunorum libra una.
Casiæ,
Tamarindorum ana uncia una.

Cum decocti residuo decoqvantur sacchari albissimi libræ duæ ad spissitudinem, additis pulpis jam dictis, & ad justam

consistentiam lento igne redactis adjiciantur seqventes pulveres tenuissimè triti continuò agitando:

R. Santalorum alborum,
rubrorum,
Spodij de Ebore,
Rhabarbari,
Cinamomi ana drachmas tres.
Rosarum,
Violarum,
Seminum Portulacæ,
Scariolæ,
Berberum,
Succi Glycyrrhizæ ana drachmas duas.
Seminum qvatuor frigidor. majorum & ex corticatorum ana drachmam unam.
Misce & Fiat *Electuarium*, ut artis est.

ELECTUARIUM LENITIVUM ex Tamarindis.

R. Foliorum Senæ mundator. uncias tres semis.
Spicæ Indicæ scrupulos duos.
Infunde in vini Pucini vel Reinfalini recentis libra una semis, vel in defectu hujus
In Aqvæ Boraginis libra una semis.
Sapæ Vini libra semis.

Stent in infusione per noctem loco calido, manè fiat ebullitio, hinc percolatio cum forti expressione. Expressum lentè coqvatur ad talem consistentiam qvæ reliqva admittere possit: in eo dissolve

Pulpæ Tamarindorum uncias tres.
Passularum uncias duas.
Mannæ Calabrinæ uncias tres semis.
Misce ad ignem ad debitam formam, addendo in fine
Aqvæ Cinamomi drachmas duas.
Fiat *Electuarium*.

PAS-

PASSULÆ LAXATIVÆ.

R. Foliorum Senæ Alexandrinæ uncias quatuor.
Cinamomi electi,
Zingiberis ana ſcrupulos qvatuor.
Aqvæ Endiviæ,
Vini albi ana uncias qvatuordecim.

Infundantur per horas ſex vel octo, deinde ebulliant ac leniter exprimantur: huic decocto poſt colaturam adde
Sacchari albi uncias qvatuor.

Coqvantur ſimul ferè ad conſiſtentiam Syrupi, injiciendo, ut adhuc ſimul leniter bulliant,
Paſſularum minorum repurgatarum uncias duodecim.

Atq; ſic lege artis poſt juſtam coctionem reponantur.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS QVARTA, ELECTUARIORUM SOLUTIVORUM.

BENEDICTA SOLUTIVA Nicolai.

℞. Turbith electi,
Sacchari ana drachmas decem.
Diagrydii,
Esulæ præparatæ,
Hermodactylorum,
Rosarum ana drachmas qvinqve.
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Croci,
Saxifragiæ veræ,
Piperis longi,
Amomi veri,
Cardamomi minoris,
Seminum Apij,
Petroselini,
Milij solis, seu Lithospermi majoris
Fœniculi,
Asparagi,
Carui,
Rusci,
Salis gemmæ,
Galangæ,
Macis ana drachmam unam.

Mellis

Mellis despumati optimi qvantum satis est,
seu libram semis.

Fiat *Electuarium*, ut artis est.

Cavendum interim ne species pulverisatæ, qvæ Diagrydium recipiunt, melli ferventi aut intensè calido, sed semirefrigerato immittantur, idq; successivè ne in grumos concrescant.

DIACARTHAMUM ARNOLDI de Villa Nova.

R. Specierum Diatragacanthi frigidi unciam semis.
Pulpæ Cydoniorum unciam unam.
Medullæ Carthami unciam semis.
Zingiberis drachmas duas.
Diagrydij drachmas tres.
Turbith albi drachmas sex.
Mannæ drachmas duas,
Mellis rosati colati,
Sacchari Candi ana unciam unam.
Hermodactilorum unciam semis.
Sacchari albi in aqva Boraginis dissoluti
uncias decem semis.

Fiat *Electuarium* liqvidum.

Cydoniorum pulpa sacchаro condiri debet, in cujus usum cydoniatum vel gelatina cydoniorum rectè succedit, & cum melle rosato & manna solutum colatur per stamen: qvæ omnia sacchаro postea paulo ultra, qvàm Electuario convenit, cocto, simul trita & colata cum pulveribus adduntur. Diagrydium tamen per se terendum, nec nisi sub finem paulatim immiscendum.

ELECTUARIUM CARYOCOSTINUM.

R. Costi aromatici,
Semin. Cymini,
Zingiberis albi,
Caryophillorum ana drachmam unam.

Dia-

Diagrydij,
Hermodactylorum alborum superior cortice mundatorum ana drachmas duas.
Mellis despumati,
Vini odoriferi ana uncias tres.
Fiat lege artis *Electuarium.*

CONFECTIO HAMECH.

R. Myrobalanorum citrinorum uncias qvatuor.
Chebulorum,
Indorum ana uncias duas.
Radic. Polypodij qverni uncias duas, drachmas duas.
Absinthij,
Thymi ana unciam unam.
Epithymi uncias duas,
Seminum anisi,
Fœniculi ana drachmas sex.
Agarici trochiscati,
Trochiscorum Alhandal ana uncias duas, drachmas duas.
Florum Violarum unciam unam, drachmas septem.
Incisa & contusa omnia macerentur, & coqvantur in Seri lactis sufficiente qvantitate;
In Colatura expressa infunde
Foliorum Senæ mundatorum unciam unam.
Rhabarbari electi uncias duas.
Rosarum rubrarum drachmas sex.
Adde Succi Fumi terræ libram unam.
Stent per noctem, manè ebulliant & colentur cum expressione, Adde
Pulpæ Prunorum, qvantum ex prunis sexaginta decoctis (non per setaceum trajectis) elici potest,
Pulpæ Passularum, qvantum harum unciæ sex præbere solent,

Pulpæ Tamarindorum uncias qvinqve.
Caſsiæ uncias qvatuor.
Mannæ clectæ uncias duas.
Sacchari albi libram unam ſemis.

Coqvantur leniter ad conſiſtentiam ſyrupi, & cùm refrixerint parùm, adjice pulveres ſeqventes

R. Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum ana unciam ſemis.
Belliricorum,
Emblicorum ana drachmas tres.
Rhabarbari,
Seminum Fumariæ ana drachmas tres,
Aniſi,
Spicæ Indicæ ana drachmas duas.
Scammonij præparati unciam unam ſemis.

Fiat lege artis *Electuarium.*

HIERA PACHII EX NICOLAO Alexandrino, qvæ & Diacolocynthidos.

R. Stæchadis,
Marrubij,
Chamædryos,
Agarici trochiſcati,
Trochiſcorum Alhandali ana drachmas decem,
Opopanacis,
Sagapeni,
Petroſelini,
Radicis Ariſtolochiæ rotundæ,
Piperis albi ana drachmas qvinqve:
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polij,
Croci ana drachmas qvatuor.

 Mellis

Mellis despumati triplum, id est, libras duas, uncias novem, & drachmas qvinqve.

Fiat *Electuarium* ut artis est.

Gummata interim prius in conveniente liqvore diligenter solvantur, anteqvam speciebus reliqvis addantur.

DIAPHOENICON FERNELII.

R. Pulpæ Palmularum mundatarum ex Hydromelite coctæ & cribro cretæ,
Penidiorum recentium ana libram semis.
Amygdalarum expurgatarum uncias tres semis.
Contusis & permixtis omnibus adde
Mellis despumati libras duas.
Paulum coqvantur, ac deinde insperge
Zingiberis,
Piperis,
Macis,
Cinamomi,
Foliorum Rutæ siccorum,
Seminum Fœniculi,
Dauci ana drachmas duas.
Turbith tenuissimè triti uncias qvatuor.
Diagrydij unciam unam semis.
Fiat *Electuarium.*

ELECTUARIUM DE PSYLLIO
Montagnanæ.

R. Polypodij recentis libram unam,
Senæ,
Violarum,
Prunorum,
Tamarindorum,
Passularum ana uncias tres.
Aqvæ fontis libras decem.

Macerentur horis viginti qvatuor, postea decoqvantur ad medietatem, colentur & exprimantur; Colaturæ libra una semis

semis reservetur pro dissolutione Cassiæ & Tamarindorum.
Residuo adde

Seminum Psyllij uncias tres:

Macerentur rursus totidem horis, semper agitando; postea exprime mucilaginem, cui adde

Sacchari libras qvatvor.

Decoqvantur lento igne, & adde

Pulpæ Cassiæ,
Tamarindorum dissolutorum cum prædicta decoctione ana libram semis.
Diagrydij uncias qvatuor,
Spodij de Ebore,
Rhabarbari,
Santali albi,
rubei,
Rosarum rubearum,
Violarum,
Semin: Papaveris albi,
Qvatuor frigidorum minorum,
Fœniculi,
Anisi,
De Berberis,
Fumi terræ,
Tragacanthi,
Amyli,
Gummi Arabici,
Rasuræ Eboris,
Glycyrrhizæ, ana drachmas tres,
Myrobalanorum Indorum,
Emblicorum ana drachmas qvinqve semis.

Misce, fiat *Electuarium* lege artis,

ELECTUARIUM E SUCCO ROSARUM Nicolai.

℞ Succi Rosarum rubearum,
Sacchari albi ana uncias sedecim.
Scammonij præparati unciam unam semis.
Santali rubri,
albi,
Citrini ana drachmas sex.
Spodij de Ebore drachmas tres.


Succus Rosarum cum saccharo ad justam cosinstentiam coqvatur, deinde tritæ species adjiciantur; Diagrydium verò sub finem paulatim inspergatur semper agitando.

DIACYDONIUM LAXATIVUM PELLUCIDUM.

R. Extracti Scammonij leviter saltem inspissati, sed ab omni liqvore separati, ut instar resinæ cujusdam liqvidæ appareat, uncias qvatuor:

Hoc solvatur iterum affuso pauco spiritus vini optimè rectificato, & permisceatur diligentissimè agitando cum galatinæ Cydoniatæ jam perfectè coctæ libris tribus semis.

Infundatur in scatulis, & aliqvibus earum Olei Cinamomi & Zingiberis guttulæ aliqvot addi possunt.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS QVINTA, PILULARUM.

Cujus

SECTIO PRIMA

Pilularum purgantium formulas exhibet.

PILULÆ DE AGARICO MESUÆ.

R. Agarici Drachmas tres.
Iridis,
Marrubij ana Drachmam unam.
Turbith Drachmas qvinq;.
Spec. Hieræ picræ Galeni Drachmas qvatuor.
Colocynthidos,
Sarcocollæ ana Drachmas duas.
Myrrhæ Drachmam unam.
Sapæ qvantum ſatis eſt,
Fiat Maſſa.

Species *Hieræ picræ* Galeni recenter ſint paratæ. Et qvidem, ad hunc uſum, ſeqventi modo:

R, Cinamomi,
Cubebarum,
Rad: Aſari,
Spicæ Indicæ,
Maſtiches,
Croci ana ſcrupulum ſemis.
Aloes Soccotorinæ. Drachmas tres.
Miſce fiat Pulvis.

 Omnia

Omnia in tenuissimum pulverem redacta, & inter se probe mixta, excipiantur sapa, vel vino. Vel etiam *Myrrha* & *Sarcocolla* in vase calido redigantur, cum debita sapæ affusione, in formam pulmenti; Cui adjiciantur reliqvæ species, prius inter se mixtæ; sicq; formetur massa debitam obtinens consistentiam.

PILULÆ AGGREGATIVÆ MAJORES MESUÆ.

℞. Myrobalanorum Citrinorum,
Rhabarbari ana Drachmas qvatuor.
Succorum inspissatorum Eupatorij, id est Agerati,
Absinthij ana Drachmas tres.
Diagridij Drachmas sex.
Myrobalan: Chebulorum,
Indorum,
Agarici,
Colocynthidos,
Polypodij ana Drachmas duas.
Turbith,
Aloes ana Drachmas sex.
Masticbes,
Rosarum,
Salis Gemmæ,
Epithymi,
Anisi,
Zingiberis ana Drachmam unam.
Syr: Rosarum solutivi, qvantum sufficit formandæ Massæ.

Succus inspissatus Absinthij fit ex nostrate. Aloë pulverisata, additis Succis inspissatis, cum Syrupo Rosato solutivo in mortario tepido dissolvatur: & adjectis reliqvis speciebus, inter se mixtis, fiat *massa*, consistentiæ non admodum duræ.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ, seu Aromaticæ *Mesuæ* correctæ.

℞. Calami Aromatici,

Car-

Cardamomi,
Rad: Asari,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Galangæ, ana Unciam unam.
Absinthij sicci,
Rosarum rubrarum ana Drachmas qvinqve.

Incisa & contusa immitte Cucurbitæ Vitreæ: affunde aqvæ Betonicæ Libram Unam semis, Spiritus Vini rectificati rosati Uncias duas: Impone Alembicum, juncturasq; optimè claude. Factâ per biduum digestione, instituatur destillatio, in Balneo Mar: & excipiatur Aqva exstillans spirituosa Unciarum duarum vel trium. Residuo post destillationem affunde Aqvæ Betonicæ sufficientem qvantitatem. Coqvatur, Decocto colato & expresso fortiter, adime, iteratâ coctione, superfluam humiditatem: Huic extracto liqvido adde seqventia in pulverem redacta & mixta,

Aloes Soccotorinæ purissimæ, Libram unam.
Myrrhæ,
Mastiches ana Drachmas qvinq.
Croci Drachmas tres.
Extracti Ligni Aloes. Drach. unam semis.

Affusâ inter miscendum Aqvâ Spirituosâ, destillando extractâ. Ultimò adjiciatur Saccharelæum ex Ol: destill:

Cinamomi,
Cubebarum ana scrupulo uno.
Nuc. Moschat.
Macis,
Caryophyllorum,
Mastiches ana Drachma semis.
Absinthij scrupulo semis.

Atq; sic, adhibito blando calore, medicamento concilietur forma, & consistentia Massæ pilularis. Si qvid restat destillati spirituosi, illud asseruatur pro formandis his, vel similibus, ad usus ægrotantium Pilulis.

PIL-

PILULÆ DE ALOE ROSATA.

R. Aloes optimæ, pellucidæ, purissimæ qvantum placet: redigatur in pulverem,& affundatur debita qvantitas Succi Rosarum odoratissimarum. Misceantur, & collocentur in locum modicè calidum, usq; dùm Aloe fuerit resiccata. Hoc bis & ter repetatur, donec Aloe saturata fuerit Succo Rosarum, gratoq; se commendet odore,& consistentiam massæ *pilularum* acqvisiverit.

PILULÆ ALOES VIOLATÆ.

R. Aloes Soccotorinæ Libram unam.
Affunde infusi florum Violarum, ex qvo Syrupus violarum parari solet,Libras tres. Digerantur in loco calido, paucis horis, donec solvatur Aloe. Hinc fiat expressio, & ad lentum calorem coagulatio, in formam massæ *Pilularum*.

PIL: DE AMMONIACO QVERCETANI.

R. Balsami Aloetici seu Extracti Aloes. Uncias qvatuor.
Gummi Ammoniaci Drachmas Sex.
Myrrhæ præparatæ Unciam Semis.
Mastiches,
Spec. Diatrion. santalon ana Drach: unam semis.
Croci,
Salis Fraxini,
Absinthij ana Scrupulos duos.
Cum pauco Vino si opus,
Fiat *Pilularum* Massa.

Gummi Ammoniaco, in aceto Scilliticio dissoluto, & per setaceum trajecto, & Myrrhæ in pauco vino solutæ, adjunge Aloes Extractum, & in mortario calido adde reliqva in pulverem redacta.

PILULÆ ANGELICÆ.

R. Succorum depuratorum,
Cichorij,

Endiviæ,
Buglossæ,
Borraginis,
Lupulorum,
Fumariæ, ana Uncias qvatuor.
Rosarum Damascen. Libr. unam.
Misce & Libris duabus horum Succorum addatur
Aloes Soccotorinæ opti: Libra una.
Lento igne & crebra agitatione extrahatur omne humidum.
Postea accipe Libram unam, qvæ restat de Succis, adde
Pulveris Rhabarbari elect: Unciam unam,
Agarici trochiscati Unciam semis:
Spicæ Indicæ Drachmam unam.
(Hæc unciâ unâ Spiritus vini prius sunt humectanda.)
Stent in loco calido, per noctem, vase benè clauso, postea fiat liqvoris calentis fortis expressio. Hic Succus, prægnans virtutibus Rhabarbari & Agarici, addatur priori Massæ, eiq; beneficio evaporationis humidi superflui, & in fine, adjectione Saccharc-læi ex Ol: Cinnamomi gutt. VI. Citri Cort: gutt. X. inducatur consistentia *Pilulis* debita.

PILULÆ ARABICÆ NICOLAI.

R. Aloes optimæ uncias duas.
Rad: bryoniæ,
Myrobalanorum omnium,
Mastiches,
Diagrydij,
Asari,
Rosarum ana unciam semis.
Castorei Drachmam unam semis.
Croci Drachmam semis.
Ex his omnibus, in pulverem comminutis, & inter se mixtis, cum sufficienti qvantitate Succi Fœniculi depurati, formetur *Massa*.

PILULÆ ARTHRITICÆ NICOLAI.

R. Hermodactylorum,
Turbith,
Agarici ana Drachmas duas.
Cafsiæ Ligneæ aromaticæ veræ,
Spicæ Indicæ,
Xylobalſami, vel Ligni Aloes,
Carpobalſami, vel cubebarum,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Aſæ fœtidæ recenter allatæ,
Zingiberis,
Maſtiches,
Sem. Fœniculi,
Aniſi,
Saxifragiæ,
Aſparagi,
Ruſci,
Milij ſolis,
Roſarum,
Salis Gemmæ ana Grana qvindecim,
Diagrydij unciam ſemis.
Aloes optimæ ad pondus omnium, id eſt
Drachmas qvatuordecim ſemis.
Succi fœniculi qvantum ſufficit,
Fiat *Maſſa*.

PILULÆ AUREÆ NICOLAI.

R. Aloes puriſsimæ,
Diagrydij ana Drachmas qvinq;
Roſarum rubrarum,
Sem: Apij Drachmas duas ſemis.
Aniſi,
Fœniculi ana Drach: unam ſemis.

Maſti-

Masticheſ,
Pulpæ Colocynthidos,
Croci ana Drachmam unam.
Cum melle Roſato Solut: Fiat *Maſſa.*

PILULÆ Ante Cibum.

R. Aloes opt: unciam unam ſemis.
Maſtiches,
Roſarum rubrarum ana unciam ſemis.
Cinamomi Drachmas duas.
Cum Syrupo Roſar: Solut: q. s.
Fiat *Maſſa.*

PILULÆ COCHIÆ RHASIS.

R. Specierum Hieræ picræ Rhaſis. Drachm: decem.
Pulpæ Colocynthidos. Drachm. tres ſcrupul. unum.
Diagrydij Drachmas duas ſemis.
Stoechadis Arabicæ,
Turbith ana Drachmas qvinq;.
Syrupi de Stœchade qvantum ſufficit,
Fiat *Maſſa.*

SPECIES HIERÆ PICRÆ RHASIS.

R. Roſarum rubrarum,
Spicæ Indicæ,
Maſtiches,
Xylobalſami vel Macis,
Carpobalſami vel Cubebarum,
Xylocaſsiæ veræ,
Rad: Aſari, ana Scrupulum unum, grana ſex.
Aloes Drachm. ſex. Scrupulos duos.
Terantur exactiſsimè & per cribrum decuſſa ad uſum ſeponantur.

PILULÆ CEPHALICÆ DOCT: JAC: FABRICII.

R. Aloes Rosatæ Drachm: duas
Agarici trochiscati Grana qvindecim.
Rad. Aristolochiæ rotundæ veræ,
Feculæ rad: Pœoniæ. ana Drachmam semis;
Magisterij Succini,
Mastiches electæ. ana Drachmam unam.
Tartari Vitriolati Scrupulos qvatuor.
Lac: Sulphuris Drachmam semis.
Ext: Ligni Aloes Scrupulum semis.
Ol: lauri,
Cumini āna gutt: tres.
Cum Vino Malvatico F. *Massa*.

PILULÆ FOETIDÆ MAJORES MESUÆ.

R. Sagapeni,
Ammoniaci,
Opopanacis,
Bdellij,
Colocynthidos,
Harmel vel Seminis Rutæ agrestis, vel hortens; siccæ,
Aloes,
Epithymi ana Drachmas qvinq;
Hermodactylorum,
Esulæ præparatæ ana Drachmas duas.
Scammonij Drachmas tres.
Cinamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Castorei ana Drachmam unam.
Turbith Drachm. qvatuor.
Zingiberis Drachm: unam semis.

Euphor-

Euphorbij Scrupulos duos.
Succi Porrj depurati, qvant: satis est.
Fiat *Massa.*

Gummi & Lachrymæ in succo porri calefacto solvenda, qvibus reliqva trita, & mixta addenda, ut lege artis in pastam Pillularem abeant.

PILULÆ DE FUMARIA
Avicennæ.

R. Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum ana Drachmas qvinq;.
Aloes Drachmas septem.
Ext: Scammonij vel Diagrydij Drachmas qvinq;.
Succi fumariæ qvantum satis est.

Omnia in pulverem redacta, succo fumariæ jam dicto, comprehendito, siccariq; postea finito: Dehinc rursus trita, novo succo excipito, & sic tertium iterato, & postea in massam formato. Laboris compendium erit si Extracti Fumariæ (qvod in seqventi classe descripsimus) Drachmæ duæ vel tres addantur speciebus reliqvis, & omnia cum Aqva vel Essentia liqvida Fumariæ misceantur ad ignem.

PILULÆ DE HERMODACTYLIS
MAJORES MESUÆ.

R. Hermodactilorum,
Myrobalanorum Citrinorum,
Aloes,
Turbith,
Colocynthidos,
Bdellij mollis,
Sagapeni ana Drachmas sex.
Castorei,
Sarcocollæ,
Euphorbij,
Opopanacis,

Sem. Rutæ Sylvestris vel Sativæ,
Apij ana Drachm: tres.
Croci Drachmam unam semis.

Gummi in Succo Brafsicæ calido solvantur, per setaceum trajiciantur vel per linteum exprimantur. Euphorbium autem tum pomis citriis in orbiculos diffectis, præparetur, & cum castoreo teratur & jungatur. Sicq; omnia, addito Succo Brasşicæ, misceantur, in formam *Massæ Pilularis.*

PILULÆ DE HIERA PICRA GALENI.

R. Cinamomi,
Xylobalsami f. Ligni Aloes,
Asari,
Spicæ Indicæ,
Mastiches Chiæ,
Croci ana Drachmam unam.
Aloes Soccotorinæ. Uncias duas, Drach. duas.

Primò Aloe in tenuem pulverem comminuta, imbuatur infusione Rosarum vel Melle Rosat: postea reliquæ species addantur. Fiatq; *Massa Pillularum.*

PILULÆ DE HIERA cum AGARICO.

R. Cinamomi,
Xylobalsami seu Ligni Aloes,
Asari,
Spicæ Indicæ,
Mastiches,
Croci ana Scrupulum semis.
Agarici trochiscati Unciam unam. Drachm. tres.

Aloe dissolvatur in succo, vel infusione Rosarum, vase calente, hinc adjiciantur reliqva, in pulverem prius redacta. Fingatur *Massa.*

PILULÆ INDÆ HALY ex Mesua.

R. Myrobalanorum Indorum,
Hellebori nigri præparati,

Poly-

Polypodij ana Drachmas qvinq:
Epithymi,
Stœchadis ana Drachmas ſex.
Agarici,
Lapidis Lazuli loti,
Colocynthidos,
Salis Indi, aut Gemmei ana Drachm. qvatuor.
Succi Eupatorij inſpiſſati,
Spicæ Indicæ ana Drachmas duas.
Caryophyllorum Drachmam unam.
Hieræ picræ Galeni Drachm. duodecim.
Cum Succo Apij Fiat *Maſſa*.

PILULÆ DE LAPIDE LAZULI ſive CYANEO MESUÆ.

R. Lapidis Lazuli præparati Drachmas ſex.
Epithymi,
Polypodij ana Drachmas octo.
Scammonij præparati,
Hellebori nigri præparati,
Salis Gemmæ ana Drachmas duas ſemis.
Agarici Drachmas octo.
Caryophyllorum,
Aniſi ana Drachmas qvatuor.
Spec: Hieræ Picræ Galeni Drachmas qvindecim.
Succi Endiviæ qvantum ſatis eſt.
Formetur *Maſſa*.

PILULÆ LUCIS MAJORES.

R. Roſarum,
Violarum,
Abſinthij,
Colocynthidos,
Turbith,
Cubebarum,

Galami

Calami Aromatici,
Nucis Moſchatæ,
Spicæ Indicæ,
Epithymi,
Carpobalſami vel Cardamomi minoris,
Xylobalſami vel Ligni Aloes,
Sem: Sileris Montani,
Rutæ,
Aniſi,
Fœniculi,
Apij,
Schœnathi,
Maſtiches,
Rad: Aſari,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Caſsiæ Ligneæ veræ,
Croci,
Macis ana Scrupulum unum.
Myrobalanorum omnium,
Rhabarbari ana Scrupulos duos.
Agarici,
Senæ ana Scrupulos duos ſemis.
Euphraſiæ Drachmam unam,
Aloes Soccotorinæ ad pondus omnium, id eſt
Unciam unam ſemis, drachmas tres.
Excipe Succo Fœniculi, & formetur *Maſſa*.

PILULÆ MASTICHINÆ Conciliatoris
ſeu Petri Aponenſis.

R. Maſtiches Drachmas qvatuor.
Agarici optimi Drachmas tres.
Aloes electæ Drachmas decem.
Cum melle Roſato vel Syrupo de Stæchade,
Formetur *Maſſa*.

PILULÆ DE NITRO.

R. Aloes,
Colocynthidos seu Trochiscor: Alhandali,
Scammonij seu Diagrydij,
Bdellij,
Hellebori nigri præparati,
Gummi Arabici ana Drachmas duas.
Euphorbij præparati,
Nitri ana Drachmam unam.
Cum Succo Brassicæ, & Melle Rosato Solutivo,
Fiat *Massa*.

PILULÆ PESTILENTIALES Avicennæ seu Communes.

R. Aloes electæ Unciam unam.
Myrrhæ,
Croci ana unciam semis.
Confice cum Vino claro odorifero.

PILULÆ PESTILENTIALES Ruffi.

R. Aloes,
Ammoniaci ana Unciam unam.
Myrrhæ unciam semis.
Cum Succo Limonum fiat *Massa*.

PILULÆ SINE QVIBUS esse nolo Nicolai.

R. Aloes lotæ Drachmas qvatuordecim.
Qvinq; genera Myrobalanorum,
Rhabarbari,
Mastiches,
Absinthij,
Rosarum,
Violarum,
Senæ,
Agarici,

Cuſcutæ ana Drachmam unam.
Diagridij Drachmas ſex ſemis.
Omnia in pulverem trita excipiantur Succo fœniculi, & ſecundum artis præcepta cogantur in *Maſſam.*

PILULÆ DE SUCCINO Cratonis.

R. Succini præparati,
Maſtiches ana Drachmas duas.
Aloes Soccotorinæ Drachmas qvinq;.
Agarici trochiſcati Drachmam unam ſemis.
Ariſtolochiæ rotundæ veræ drachm. ſemis.
Cum Syrupo vel Succo Betonicæ depurato,
Formentur *Pilulæ.*

PILULÆ DE TARTARO QVERCETANI correctæ.

R. Polypodij qverni Uncias duas.
Radicum Aſari,
Semin: Geniſtæ ana unciam ſemis.
Paſſular: minorum Unciam unam ſemis.
Fumariæ,
Scolopendrij ana Unciam unam.
Flor: Bugloſsi,
Boraginis ana Drachmas duas.
Coqvantur in ſufficienti qvantitate Aqvæ ſimplicis deſtillatæ, vel puriſsimæ fontanæ. Colaturæ clarificatæ accipe Libras duas. Adde Succi Pomorum, ſaporis ſvaviſsimi, qvalia ſunt Borſtorfiana nobis dicta, per ſubſidentiam depurati, Libram unam.
Foliorum Senæ ſelectiſs: Uncias tres.
Epithymi Cretici Unciam ſemis.
Radic: Hellebori nigri, Unciam unam ſemis.
Stent in loco calido per biduum, Factâq; debitâ digeſtione & coction e, fiat calentis materiæ expreſsio. Expreſſum hoc inſpiſſetur, & redigatur in formam Extracti liqvidioris. Relictis ſpeciebus, ſi plus inhæret (qvod tamen perexiguum erit) illud Aqvâ ſimpli-

ſimplici,per viam coctionis,& percolationis extrahatur,& priori Extracto addatur.

Liqvido huic Extracto admiſceantur

Extracti Aloes,ſeu Balſami aloetici Unciæ qvatuor.

Tartari depuratiſs: vel Cryſtallorum Tartari Unciæ tres.

Eſſentiæ liqvidæ, cum Spiritu Vini extractæ, à qva ſuperfluus Vini Spiritus prius ſit abſtractus, ex

Styracis Calamitæ,

Turbethi albi gummoſi ana Uncia una ſemis.

Myrrhæ Uncia una.

Tandem, his omnibus ad ignem temperatum agitatis,& ad debitam conſiſtentiam redactis, adde ſpecies ſeqventes prius inter ſe mixtas:

R. Spec: Diarhod: Abbatis,

Lætificant: Rhaſis,

Trochiſcorum de Lacca ana Drachm. unam.

Salis Abſinthij,

Fraxini ana Drachmas duas.


Extracti Croci Scrupulos duos.

Saccharelæi ex Ol: deſtill: Macis,

Caryophyll: ana Scrup: Uno.

Cinamomi gutt: octo.

Atq; ità, agitatione continuatâ, medicamento huic concilietur conſiſtentia, qvæ debetur Maſſæ Pilulari. His Pilulis pro ſcopo Medici periti,addi poſſunt illa qvæ plus ſtimulant,Extracta nempe Scammonij,Agarici,Colocynthidos,Rad: Jalappæ,&c.



SECTIO II.
PILLULAS ALTERANTES TRADIT.

PILULÆ DE CASTOREO Avicennæ.

R. Castorei,
Doronici,
Zedoariæ,
Nuc: Moschatæ ana drachmam unam.
Sem: Apij,
Anethi,
Margaritarum ana Scrupulos qvatuor.
Sem: Hyoscyami albi vel Succi ex semine sicco expressi Grana tria.
Cum Mucilagine Tragacanthæ ex Aqva Artemisiæ.
Fiat *Massa.*

PILULÆ DE CYNOGLOSSO Nicolai Præpositi.

R. Rad: Cynoglossi aridi,
Sem: Hyoscyami albi,
Opij ana Unciam semis.
Myrrhæ Drachmas sex.
Thuris Drachmas qvinq;.
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Granor: Styracis Calamitæ ana Drachmas duas.
Cum Succo Cynoglossi formetur *Massa.*

Loco Opij crudi assumatur Extractum ejusdem, vel præparetur Opium, & liberetur à fumo narcotico noxio, imponendo illud Laminæ ferreæ, & super igne carbonum parum exsiccando, hac cautione, ne comburatur.

PILU-

PILULÆ DE STYRACE
Contra Tussim. Hercul.
Saxoniæ.

R. Styracis Calamitæ vel Extracti ejusdem,
Myrrhæ,
Olibani ana Drachmam unam.
Sem: Cumini,
Seselios.
Anisi ana Drachmam semis,
Cum Syrupo de Prassio, Fiant *Pilulæ*.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS SEXTA, EXTRACTORUM

Cujus

SECTIO PRIMA

Extracta ſimplicia purgantia deſcribit.

EXTRACTUM AGARICI.

R. Agarici albiſsimi & levis, in pulverem redacti, qvantum lubet, Affunde Spiritum Vini, vel alium ardentem, ex Frumento, vel Baccis Sambuci, cum debita fermentatione paratum. Stent in vaſe vitreo, loco calido, per dies tres & plures, donec omne, qvod utile, ſit extractum. Qvod ſi primo labore non ſucceſſerit, ſimilis Spiritus iterato affundendus, & facta forti expreſsione omnis Spiritus trajiciendus per chartam bibulam. Hinc adhibita deſtillatione, menſtruum ſeparandum, usq; dum remaneat in fundo Extractum. Si vero menſtruum totum deſtillando non ſeparetur, ſed ejus aliqva pars relinqvatur, tunc affuſione Aqvæ Roſarum, vel alterius deſtillatæ exſurget coagulum; qvod per filtrum trajectum relinqvet in charta bibula Extractum Reſinoſum, crebrâ affuſione Aqvæ ſimplicis abluendum, & à ſapore & odore menſtrui liberandum, exſiccandum, & in pulverem terendum.

EXTRACTUM ALOES
ſeu
Balſamus Aloeticus.

R. Aloes ſoccotorinæ qvantum placet. Redigatur in pulverem,

verem, Affunde Aqvæ Rosarum vel alterius destillatæ, puta Acetosæ, Endiviæ qvantum sufficit. Ponantur in locum calidum vel in B. M. Stent ibi per aliqvot dies, qvotidiè bis agitando, donec Aloe sit soluta. Hinc effundatur id, qvod clarum est, & adhuc calet, & destillando separetur, qvod est aqvosum, donec supersit *Extractum*, formâ mellis. Non prohibemus id, qvod remansit in fundo, denuo infundere, & inde omne id, qvod de utili substantiâ restat, ipso etiam Spiritu Vini adhibito extrahere. Qvod vel priori Extracto addendum, vel separatim asservandum.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS vel Trochiscorum Alhandali.

R. Pulpam Colocynthidis; conspergatur Aqvâ destillatâ Cichorij, incidatur tenuiter, vel loco colocynthidis, assumantur Trochisci Alhandal & in pulverem redigantur. His cucurbitæ vitreæ inclusis, affundatur Aqvæ destillatæ simplicis, qvantum sufficere videtur, & insuper Spiritus Vini, pars dimidia. Digerantur & eliciatur Essentia, qvæ per filtrum trajecta, destillando, coagulatur in formam *Extracti*.

EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI.

R. Radicum Hellebori nigri selectarum Libram semis. Incidantur tenuiter, & Affundantur Aqvæ simplicis puræ, vel destillatæ Libræ tres, Spiritus Vini rectificati Unciæ qvatuor. Factâ sufficienti extractione, Liqvor omnis clarus destillando separetur, ut remaneat *Extractum*. Curiosiores huic, & similibus Extractis, addant salem proprium, ex capite mortuo Extractum, qvi tamen qvantitatis erit exiguæ.

EXTRACTUM ESULÆ.

R. Corticum Radicum Esulæ qvantum placet. Affunde Vini Rhenani qvantitatem sufficientem. Fiat Extractio, in loco calido, vitro benè clauso. Liqvor omnis expressus destillando educitur. Qvod verò in fundo remanet Extractum, denuo dissol-

vitur

vitur in Aqva Plantaginis, collocando vas vitreum in B.M. per triduum. Clara solutio, coctione adhibitâ, mutabitur in id, qvod expetitur, *Extractum*.

EXTRACTUM MECHOACANNÆ ALBÆ.

Commodissimè paratur cum Spiritu Vini, qvo separato, remanet Extractum; qvod distincto, & jam in aliis tradito artificio, duplex evadit. Lentum viscosum, & Siccum durum, instar Resinæ, pulveris formam admittens.

EXTRACTUM RADICIS JALAPA, seu Mechoacannæ Nigræ.

Cum Spiritu Vini, Resinosa illius substantia, qvæ magnarum est virium, elicitur. Et si accedat tincturæ saturatæ præcipitatio, cum Aqva Rosarum, habebitur remedium, siccam pulveris formam non respuens.

EXTRACTUM GRATIOLÆ.

Succus, ex recenti herba gratiolæ, aspersâ simplici Aqvâ expressus, Clarificatus, inspissatus, *Extracti* munus obire potest. Qvin & sicca planta in Aqva pura simplici vel destillatâ, percocta, utilem de se fundit substantiam, qvæ prævia clarificatione, vi coctionis, formam induit *Extracti*.

EXTRACTUM GUMMI GUTTÆ. seu DE PERU.

Simili planè artificio, qvo Scammonij Extractum paratur.

EXTRACTUM RHABARBARI.

R. Rhabarbari optimi, Uncias octo. Affunde Aqvæ Cichorij vel Plantaginis ferventissimæ Libras sex. Stent in loco calido, vase benè clauso, spatio unius diei. Hinc fiat percolatio & fortis expressio. Infusum hoc, Rhabarbari Essentiam secum vehens, clarificatur, & lento calore in aliqvot patellis coagulatur in formam *Extracti*.

EXTRA-

EXTRACTUM FOLIORUM SENÆ.

R. Foliorum ſenæ Alexandrinæ ſelectiſsimorum Libram unam. Affunde Aqvæ puriſsimæ ſimplicis vel deſtillatæ Libras octo. Ponantur in loco calido, vel Bal: M. ad digerendum. Factâ ſufficienti extractione inſtituatur Colatura materia adhuc calente, cum forti expreſsione. Hinc adhibeatur clarificatio, & vi blandi caloris, coagulatio.

EXTRACTUM SCAMMONII.

R. Scammonij optimi, in pulverem comminuti, Uncias qvatuor. Affunde Spiritus Vini rectificati Libram unam ſemis. Stent in digeſtione, donec facta ſit ſolutio. Liqvor per filtrum trajiciatur, eiq; affundatur Aqva Roſarum Libra una. Lacteus ſic redditus Liqvor in Cucurbita vitrea, appoſito Alembico deſtillatur, indeq; ſeparatur Spiritus Vini & Aqvæ Roſarum pars maxima. Qvod reſtat calidè effunditur in patellam vitream, ſic reſidebit *Extractum* formâ reſinæ. Innatans verò liqvor, qvi phlegma eſt inutile, qvasdam Scammonij impuritates continens, abjiciendus. Extractum hoc cum Aqva Roſarum lavatur ad modum Terebinthinæ, & adhibito calore moderato, evocatur omne humidum, donec acqviſitum ſit id, qvod expetitur, remedium purum.

EXTRACTUM TURBETHI.

Spiritu Vini, vel alio Ardente, ex Turbetho contuſo, omne qvod ineſt medicamentoſum facilè extrahitur. Separato autem Menſtruo modo aliqvoties tradito, remanet *Extractum*. Idq; duplex, Reſinoſum qvod optimum, in pulverem teri aptum; & viſcoſum, qvod uſibus minus accommodatum.

SECTIO II.
Extracta Composita Purgantia recenset.

EXTRACTUM CATHOLICUM
D.D. Henningi Arnisæi.

℞. Rad: Mechoacannæ albæ.
Jalapæ ana Unciam unam semis.
Diagrydij,
Rhabarbari,
Turbethi gummosi,
Enulæ ana Uncias duas.
Fol: senæ s. s. Uncias qvatuor.
Pulpæ Colocynthidis,
Medullæ Sem: Carthami ana Unciam semis.
Santali Albi,
Rubri,
Mastiches,
Succi Glycyrrhizæ,
Rad: Asari ana Drachmas duas.
Ligni Aloes Drachmam unam semis.
Galangæ,
Rad: Cyperi ana Drachmas duas.

Infunde in sufficienti qvantitate Spiritus Vini optimè rectificati, & Lege artis, Fiat *Extractum*. Cui adde
Salis Tartari,
Absinthij ana Unciam semis.
Elæosacchari ex
Ol: Cinamomi,
Caryophyllorum ana Scrupulo semis.
Anisi,
Fœniculi,
Carvi ana Scrupulo uno.

Misce. Fiat *Extractum*.

EXTRA-

EXTRACTUM CATHOLICUM

Auguſtanorum Medicorum.

R. Colocynthidis Drachmas ſex.
Agarici optimi,
Diagrydij,
Hellebori nigri ana Unciam ſemis.
Aloes electæ Unciam unam.

Omnibus comminutis, affunde Spiritus Vini ſufficientem qvantitatem. Stent per biduum, in loco calido. Tinctus Spiritus effundatur, & alius addatur, donec vires omnes ſint extractæ. Conjungantur tincturæ hæ primæ, & ſecundæ infuſionis, & deſtillando ſeparetur Spiritus, donec remaneat maſſa melliformis. Cui adde

Spec: Diarhodon Abbatis, Drachmas duas.
Ol: deſtill: Caryophyllorum Guttas octo.
Aniſi,
Fœniculi ana Guttas ſex.
Cinamomi Guttas qvatuor.

Formâ Elæoſacchari miſceantur. Fiat *Extractum*.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

R. Scammonij optimi Unciam ſemis.
Rhabarbari electi,
Sem: Ebuli ana Drachmas tres.
Colocynthidis Drachmas qvinq;.
Turbith albi,
Hermodactylorum ana Drachmas duas ſemis
Agarici optimi Drachmas tres ſemis.
Veratri nigri Drachmas duas.
Foliorum Senæ, Unciam unam.

Contuſa omnia infunde in Spiritus Vini ſufficienti qvantitate: Sicq; iteratis vicibus, extrahe tincturam, qvam ſeparando Spiritum, deſtillationis ope, in formam Extracti liqvidi redige. Cui admiſcenda, Balſami Aloetici Drachmæ decem.

Extractum Galangæ,
Zingiberis,
Ligni Aloes ana Scrupulus unus.
Olei Cardamomi,
Piperis ana Guttæ tres.
Macis,
Nuc: Moſcatæ,
Caryophyllorum ana Guttæ octo.
Ambræ in dictis oleis ſolutæ Grana qvatuor.
Moſchi Grana duo.
Hiſce probè inter ſe mixtis, Fiat *Extractum*.

EXTRACTUM PILULARUM
Aggregativarum.

Spiritus Vini hic adhibendus. Damnum autem, qvod avolans menſtrum rapax, infert, Saccharelæo ex guttis octo olei Aniſi, & guttis tribus olei Roſarum reſarciendum.

EXTRACTUM PILULARUM
AUREARUM.

Eodem fit Menſtruo Spirituoſo, & in locum deperditorum ſubſtituitur Saccharelæum ex Olei Aniſi, Fœniculi ana Guttis octo.

EXTRACTUM PILULARUM
COCHIARUM.

Reqvirit Spiritum Vini, & loco illius, qvod ex corrigentibus deperditur, Saccharelæum ex Ol: Limonum, Nuc: Moſchatæ ana guttis octo, reponitur.

EXTRACTUM PILULARUM
Sine qvibus eſſe nolo.

Eodem, qvo priora, tractandum ingenio. Deperditis ſuccedat Elæoſaccharum, ex Olei Abſinthij, Roſarum ana guttis qvatuor.

SEC-

SECTIO III.

Extracta Simplicia Alterantia enumerat.

EXTRACTUM ABSINTHII.

R. Summitatum Absinthij, vel cum Floribus, minorum qvoq; foliorum, Libram unam. Affunde Aqvæ simplicis destillatæ, vel illius, qvæ cum Oleo Absinthij inter destillandum colligitur, Libras octo.

Stent in Bal: Mar: spatio bidui. Exprimatur omnis Succus; Qvi, facto sedimento, trajiciendus per Filtrum vel Manicam Hippocratis, & lento igne coagulandus in Formam *Extracti.*

EXTRACTUM ACORI VERI.

Vulgò Calami Aromatici radicum.

Fit Aqva simplici destillatâ, ad modum præcedentem, cui qvarta, vel tertia pars Spiritus Vini sit addita. Loco illius, qvod cum menstruo avolat, Saccharelæum ejusdem olei destillati, additur.

EXTRACTUM ANGELICÆ RADICUM.

Peragitur hæc Extractio, cum Aqvâ destillatâ simplici vel Angelicæ, & qvartâ parte Spiritus Vini: Virtusq; qvam Menstruum caloris vi rapuit, Saccharelæo intenditur.

EXTRACTUM ARTEMISIÆ.

Ex summitatibus floridis, folijsq; exprimitur Succus, additâ, ob plantæ siccitatem, paucâ Aqvâ Artemisiæ. Qvi depuratus coqvitur lento igne, ad consistentiam debitam.

EXTRACTUM ARISTOLOGIÆ.

Adhibitâ Aqvâ purâ destillata, & Spiritus Vini parte qvarta, ex radicibus Plantæ hujus, id conseqveris.

EXTRACTUM BRYONIÆ RADICUM.

Modus in Extracto Acori propositus, hic qvoq; adhibendus:

EXTRACTUM CAPPARUM RADICUM.

Fit Aqvâ simplici, cui vel nihil, vel parum Spiritus Vini sit adjectum.

EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI.

Ad hujus extractionem sufficit Aqva simplex destillata: Vel Succus ex planta expressus, & depuratus, coqvitur lento igne in hanc *Extracti* formam.

EXTRACTUM CASTOREI.

Adhibeatur Spiritus Vini purus, & opus noto artificio peragatur.

EXTRACTUM CENTAURII MINORIS.

Elicitur vi Aqvæ simplicis destillatæ calidæ, qvæ affunditur floribus & folijs. Collocantur in B. M. digeruntur per diem integrum. Succus exprimitur, clarificatur albumine ovorum, & coagulatur in formam *Extracti*.

EXTRACTUM CALENDULÆ FLORVM.

Florum Calendulæ foliola concidantur, hisq; Aqva simplex destillata affundatur, ut fiat instar pulmenti liqvidi. Instituatur digestio horâ unâ atq; alterâ in B.M. succedat expressio, depuratio; tandem seqvatur vi blandi caloris lenta inspissatio.

EXTRACTUM CICHORII.

Modus ad Extractum Arthemisiæ descriptus, hic qvoq; adhibendus. Vel Succus ex integra planta florida expressus, & depuratus, coqvitur lento igne, in hanc formam *Extracti*.

EXTRACTUM CHAMÆDRIOS.

Fit ex plantâ concisâ, cujus succus prævia Aqvæ simplicis aspersione, digestione & expressione, depuratur & coagulatur.

EXTRA-

EXTRACTUM CHAMÆPITYLOS.

Herbæ incisæ & contusæ, Aqva simplex destillata aspergitur, ut probè madescat. Hinc facta digestione in B. M. instituitur expressio succi, & clarificatio; tandem inspissatio.

EXTRACTUM CROCI.

Parandum est Aqvâ Rosarum. Tinctura in B. M. extracta anteqvam inspissetur clarificetur cum albumine ovorum. Sic *Extractum* evadet purius, nec redolebit Vini spiritum, qvo cum alij parant.

EXTRACTUM ENULÆ seu Helenij Radicum.

Accommodatum Menstruum est Aqva simplex destillata, cui non nihil de Spiritu Vini admixtum sit.

EXTRACTVM EVPATORII seu AGERATI.

Herba florida inciditur, contunditur, illiq; Aqva simplex destillata aspergitur. Postea ex eâ in loco calido per trihorium detentâ succus exprimitur, qvi depuratus & coagulatus, evadet *Extractum*.

EXTRACTVM FVMARIÆ.

Exprimitur Succus ex herba recenti, cum in flore versatur: Qvi clarificatus cum albumine ovorum, coqvitur lento igne, donec exhalante humido superfluo, succedat crassior forma *Extracti*.

EXTRACTVM GALANGÆ.

Cum Aqvâ destillatâ & Spiritu Vini paratur.

EXTRACTVM GENTIANÆ.

Aqvam reqvirit, & Spiritus Vini qvartam partem.

EXTACTVM GRANORVM PARADYSI.

Peragitur hæc operatio Aqvâ simplici destillatâ, cui tertia pars Spiritus Vini accesserit.

EXTRA-

EXTRACTUM GLYCYRRHIZÆ.

Rasuræ radicis affunditur Aqva purissima, debitâ qvantitate. Instituitur digestio tridui spatio. Hinc liqvor purissimus effunditur, & coqvitur lento igne, usq; dum adipiscatur consistentiam *Extracti.*

EXTRACTUM HYPERICI FLORUM.

Florida Hyperici Coma, una cum foliolis vicinis, cucurbitæ injiciatur, illisq; Spiritus Vini affundatur, ut probè madescant. Institutâ triduanâ digestione, succedat expressio, & diligens percolatio, neglectâ clarificatione. Tandem per destillationem abstracto Vini Spiritu, remanebit forma *Extracti.*

EXTRACTUM IREOS FLORENTINÆ.

Præstat Aqvæ puræ destillatæ, tertiam partem Spiritus Vini addere, & digestione accedente in B. M. elicere essentiam, in formam *Extracti* coagulandam.

EXTRACTUM JUNIPERI BACCARUM.

Cummuniter cum Aqvâ simplici paratur. In his tamen locis, in qvibus abundant Baccæ, Spiritus Juniperi adhibetur, qvi in B. M. abstractus per Alembicum, majores acqvirit vires, & *Extractum* relinqvit viribus non planè destitutum.

EXTRACTUM LIGNI ALOES.

Optimè rectificatum reqvirit Spiritum Vini, qvi in B.M. ex rasura Ligni eliciet resinosam substantiam. Hæc à menstruo separatur Aqvæ Rosarum affusione, destillatione, crebraq; ablutione; qvam præstabit Aqva Rosarum, cujus beneficio, ingratus ille sapor, & odor, qvem Spiritus Vini impressit, ab Extracto hoc resinoso tollitur.

EXTRACTUM LIGNI GVAIACI.

Duplex Extractum ex Ligni hujus rasura paratur. Prius in qvovis liqvore est solubile, & fit diuturnâ coctione in Aqvâ

purâ; Decoctum clarificatum inspissando in *Extracti* formam redigitur. Alterum resinosum dissolutionem non admittit in potionibus. Hoc Spiritu Vini elicitur, & postea separato menstruo, *Extracti* tenacioris consistentiam assumit.

EXTRACTUM MAJORANÆ.

Succus herbæ per se vel cum Aqva Majoranæ expressus & clarificatus, lento calore in patellis vitreis, ad consistentiam debitam deducitur.

EXTRACTUM MELISSÆ.

Sufficit ad hujus ex Folijs & Floribus Extractionem Aqva simplex destillata. Nisi qvis curiosior, malit adhibere Aqvam Melissæ.

EXTRACTUM MENTHÆ CRISPÆ.

Folia concisa, Aqvâ propriâ consperguntur. Hinc exprimitur succus, qvi depuratus, calore moderato ad prunas, *Extracti* formam recipit.

EXTRACTUM MYRRHÆ.

Pro Scopo Medici duplex adhibetur modus. Nam vel Aqva simplex affunditur, & instituitur coctio, colatio, expressio, inspissatio. Vel Spiritu Vini omne resinosum elicitur, qvod separato Menstruo in *Extracti* consistentiam cogitur.

EXTRACTUM ONONIDIS RADICUM.

Cortex radicis lotæ abrasus, coqvitur in Aqvâ simplici destillatâ. Decoctum clarificatur, inspissatur.

EXTRACTUM OPII.

Qvamvis ad laudani opiati confectionem alio utamur Menstruo, qvod in seqventibus patebit: tamen & ille modus, qvi ab Angelo Sala proponitur, nobis non displicet. Modus parandi sic habet:

R, Opij Thebaici uncias qvatuor, incide minutim, & asperge Aceti Rosacei, Unciam unam. Patellam admove igni lento,

ut continuata agitatione, exhalet omne Acetum, cum qvo noxium, & venenatum sulphur abibit in auras. Siccato sic opio, citra adustionem, & in pulverem comminuto, affunde Aceti Rosacei Libram unam semis, Solve in calore B. M. & exprime per pannum lineum. Expressum coqve ad consistentiam mellis. Huic opio depurato, & per Acetum correcto, affunde Aqvam florum Sambuci, prævia fermentatione redditam Spirituosam. Extrahe in B. M. essentiam, qvam cum albumine ovorum clarifica: tandem destillatione separa menstruum, ut remaneat *Extractum*.

EXTRACTUM POEONIÆ RADICUM.

Aqvæ simplicis destillatæ segnities, adjuvanda Spiritu Vini: Hinc Essentiæ liqvidæ, per filtrum trajectæ, concilianda Extractis conveniens consistentia.

EXTRACTUM RUTÆ.

Modus parandi convenit cum Extracto Majoranæ.

EXTRACTUM SABINÆ.

Folia concisa madefiant Aqvâ propriâ, qvæ colligitur, qvando Oleum destillatur: destillationem seqvatur expressio succi, qvi depuratus cogitur in formam *Extracti*.

EXTRACTUM SANTALI CITRINI.

Fit cum Aqvâ purâ destillatâ & Spiritu Vini.

EXTRACTUM SCOLOPENDRIÆ.

Herba sicca incisa probè infundatur in Aqvâ simplici destillatâ, cui octava pars Spiritus Vini addi potest. Sic facta digestione exprimitur liqvor, depuratur filtratione, & inspissatur.

EXTRACTUM SCABIOSÆ.

Si non sufficiat humiditas Florum & Foliorum recentium, addatur parum Aqvæ propriæ, fiat debita contusio, digestio, expressio, clarificatio & coagulatio.

EXTRA-

EXTRACTUM SCORDII.

Herba florida, viridis, ſucculenta inciſa conſpergitur modicâ Aqvâ deſtillatâ ſimplici, factâq; prius digeſtione in B. M. ſuperpoſito Alembico, inſtituitur expreſsio, ſucci depuratio & inſpiſſatio.

EXTRACTUM SPLENIS BOVIS.

Splen Bovis caſtrati conciſus, & Spiritus Vini, cum Myrrha eſſenſificata, conſperſus, exſiccatur in Clibani temperato calore: Poſtea cum Spiritu Vini fiat Extractio & menſtrui ſeparatio.

Spiritus Vini Myrrhatus ideò adhibetur, ut vim remedij adjuvet; qvam promovebunt qvoq; olei Angelicæ guttæ aliqvot inſtillatæ.

EXTRACTUM SCORZONERÆ.

Radicibus Scorzoneræ inciſis tenuiter, affunditur octuplum Aqvæ puræ deſtillatæ. Factâ digeſtione in B. M. exprimitur qvicqvid ineſt liqvidi, hoc clarificatur & ad conſiſtentiam debitam deducitur.

EXTRACTUM SPICÆ INDICÆ.

Fit Aqvâ ſimplici, cui Spiritus Vini ſit adjunctus.

EXTRACTUM STYRACIS CALAMITÆ.

Cum Spiritu Vini commodiſsimè paratur. Alijs ſuffi it ſimplex depuratio, qvæ peragitur Aqva Roſarum deſtillata, ſi præmiſsâ digeſtione, & modica ſolutione, inſtituatur fortis expreſsio materiæ calentis. Tandem ſeqvatur inſpiſſatio.

EXTRACTUM TORMENTILLÆ RADICUM.

Ad modum Scorzoneræ radicum Extracti præparatur.

EXTRACTUM VALERIANÆ.

Radix inciſa, in Aqvâ ſimplici deſtillatâ, cui qvarta pars

Spiritus Vini accesserit, maceratur & digeritur. Colatura clara ad consistentiam debitam coqvitur.

EXTRACTUM VERONICÆ.

Folijs & summitatibus herbæ floridis, recentibus, affunditur Aqva pura simplex. Instituitur digestio, per diem naturalem. Qvicqvid humidi inest exprimitur, clarificatur, & in *Extracti* formam densatur.

EXTRACTUM ZEDOARIÆ.

Alij, solo Spiritu Vini adhibito parant hoc Extractum. Sed nec improbamus Aqvam simplicem destillatam, cui tertia pars Spiritus Vini sit adjecta.

EXTRACTUM ZINZIBERIS.

Elicitur Aqva simplici destillata, cui accesserit tertia vel qvarta pars Spiritus Vini.



SEC-

SECTIO IV.
Extracta Alterantia Composita Proponit.

EXTRACTUM CHALYBEATUM
seu
MIXTURA CHALYBEATA
Angel: Salæ.

R. Tamarindorum recentium Libram unam. Affunde Succi Fumariæ Libras octo. Ponantur vase vitreo, in B. M. donec succus fumariæ totam vim Tamarindorum imbiberit. Trajiciantur primò per manicam Hippocr: ex lineâ telâ paratam. Addantur albumina ovorum tria vel qvatuor, concutiantur, ponantur in B. M. horis qvatuor, trajiciantur iterum per Manicam Hippocratis telæ densioris Xylinæ, atq; ita paretur Essentia ex Tamarindis liqvida. Huic in Phiol a Vitrea addantur Limaturæ Chalybis Unciæ qvatuor. Ponantur in Arena calida per qvatriduum, donec accedente crebra agitatione, aliqva pars Chalibis fit soluta. Tinctura hæc denuo coletur per pannum Xylinum, à qva in patellis vitreis lento calore evocetur humidum superfluum, indeq; fiat *Extractum.*

LAUDANUM OPIATUM.

R. Opij Thebaici super lamina ferrea non nihil tosti, & à Sulphuris Narcotici fumo noxio liberati, Uncias tres. Extrahatur cum Spiritu Vini Rosato Essentia pura.

Cui ad Syrupi crassioris consistentiam redactæ, adde: Specierum Diambræ sine Moscho & Ambra Drachmas Sex. Extracti Croci Drachmam semis.

Spicæ Indicæ,
Galangæ,
Santali Citrini,
Cardamomi ana Scrupulum semis,
Ligni Aloes Drachmam semis.

Margarith: Oriental: præparatarum.
Succini albi præparati ana Scrupulos duos.
Elæo sacchari
ex Ol: Cinamomi Scrupulo semis.
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Cardamomi ana Scrupulo uno.
Mixtis omnibus inducatur debita forma *Laudani.*
Hujus pars octava ita per se asservanda in usum illorum, qvi Moschi odorem ferre neqveunt, eiq; addendus Extracti Castorei Scrupulus semis, cum inscriptione *Laudani Opiati sine Moscho & Ambra.*
Reliqvis septem partibus addenda
Moschi in Aqva Cinamomi soluti Grana
Viginti qvinq;.
Ambræ in oleo Corticum Citri & Ligni Rhodij
ana Scrupulo uno soluti,
Drachma dimidia Grana qvatuor.
Cum impositione nominis *Laudani Opiati cum Moscho & Ambra.*

EXTRACTUM THERIACÆ.

Qvamvis viribus sit spoliatum, maximam partem Menstruo spirituoso eas secum auferente; qvasdam etiam intactas relinqvente: Qvia tamen, in usu hactenus fuit, propter hominum opinionem retinendum esse censuimus. Præferenda foret Essentia liqvida, qvam Spiritus Vini, qvi de alijs Extractis separatus fuit, imbibit. Licet hæc qvoqve plenis & integris Theriacæ dotibus non gaudeat.

EXTRACTUM UTERINUM CROLLII
qvod Elixir appellant.

R. Croci Unciam unam.
Castorei Uncias tres.

Extra-

Extrahatur tinctura cum Spiritu Vini simplici, vel qvi ab Extracto Castorei separatus. Spiritus ad remanentiam Extracti destillando auferatur. Huic Extracto addatur

Extracti Artemisiæ, Uncia una semis.
Salis vel Magisterij solubilis Matris Perlarum Uncia semis.
Salis Succini volatilis Drachma una semis.
Olei destillati Angelicæ,
Anisi,
Succini ana Drachma una.

Fiat Conveniens *Mixtura*.



DIS-

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS SEPTIMA,

Continens

Seriem Decoctorum & Infusionum.

DECOCTUM APERITIVUM MAJUS.

R. Endiviæ,
Cichorij,
Fumiterræ ana manipulum unum,
Eupatorij sive Agrimoniæ,
Borraginis,
Buglossæ,
Cuscutæ,
Scolopendrij veri ana manipulum semis.
Glyzyrrhizæ rasæ,
Rad. Fœniculi,
Apij,
Petroselini,
Passularum ana unciam semis.
Sem. Anisi,
Fœniculi, ana drachmas duas.
Comarum Thymi,
Epithymi ana drachmam unam semis.
Cort. Tamarisci,
Capparum ana drachmas duas.
Foliorum Senæ uncias duas.
Polypodij Qvercini unciam unam.
Agarici electi unciam semis.

Incidenda incidantur & qvæ contundi debent crassi usculè terantur, & misceantur omnia simul, ac usui serventur.

Ubi

Ubi usus postulat species hujus decocti concisæ & contusæ bulliant in s. q. aqvæ fontanæ ad dimidias & colatura detur usui.

DECOCTUM FLORUM ET FRUCTUUM.

R. Caricarum pingvium numero qvinqve.
Prunorum Damascenorum num. qvindecim.
Jujubarum,
Sebesten ana numero viginti.
Tamarindorum unciam unam.
Florum rosarum,
Violarum,
Boraginis,
Buglossæ ana drach. unam.
Capillorum veneris,
Lupulorum,
Endiviæ ana manipulum semis.
Glycyrrhizæ drachmas duas.
Incidantur & contundantur pro usu.
Præparetur more præcedentis decocti.

DECOCTUM PECTORALE.

R. Passularum minorum mundatarum unciam unam.
Sebesten,
Jujubarum ana Numero qvindecim.
Dactylorum numero sex.
Caricarum pingvium numero qvatuor.
Hordei purgati unciam unam.
Glycyrrhizæ unciam semis.
Capillorum Veneris manipulum semis.
Hyssopi drachmas duas.
Incidantur & misceantur.

POTUS HIPPOCRATICUS.

R. Cinamomi unciam unam semis.

Zingiberis unciam ſemis.
Caryophyllorum drachmam ſemis.
Cardamomi,
Macis,
Granorum Paradiſi ana drachmam unam.
Galangæ drachmam unam ſemis.
Seminis Aniſi drachmam ſemis.
Vini libras decem.
Sacchari albi libram unam ſemis.
Fiat Potus ſecundum artem.

JUCUNDIOR POTUS HIPPOCRATICUS
Sic aliter paratur.

℞. Cinamomi electi uncias duas.
Zingiberis.
Galangæ ana ſcrupulos duos.
Nucis Moſchatæ ſcrupulum unum.
Sacchari albiſsimi uncias ſedecim.
Vini albi potentis ac odoriferi libras qvinqve.

Macerando probè tecta per horas octo, vel decem, poſteáq; ſæpe ſæpius percolando, redigantur in potum Hippocraticum, transcolatum liqvorem Aromatibus in manicâ Hippocratis contentis ſemper reaffundendo.

Fiat ut artis eſt.

POTUS HIPPOCRATICUS EXTEMPORANEUS SIMPLEX Johannes Heurnij.

℞. Cinamomi electi unciam unam ſemis.
Zingiberis acuti drachmas tres.
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ ana drachmam ſemis.
Granorum Paradiſi ſcrupulos duos.
Piperis ſcrupulum unum.

Pulve-

Pulveriſentur craſsiuſculè ac macerentur in libra una ſemis Aqvæ vitæ optimæ, probeq́; obturato vaſe cum luto ex farina & aqva facto, fiat infuſio per ſex dies, qvæ repoſita in cella vinaria qvotidie ſæpius agitetur ad perfectiorem mixturam, Poſtea ubi uſus poſtulat, Fiat ut artis eſt, *Potus Hippocraticus.*



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS OCTAVA,

Continens

Pulverum medicatorum compositiones.

PULVIS SENÆ COMPOSITUS.

R. Foliorum Senæ selectæ & mundatæ,
Cremoris Tartari ana unciam unam.
Seminis Anisi,
Cinamomi acutissimi,
Flavedinis Corticum Aurantiorum,
Caryophyllorum,
Galangæ ana drachmam semis.
Fiat *Pulvis*.

PULVIS SOLUTIVUS DE TRIBUS.

R. Foliorum Senæ drachmas sex.
Turbith drachmas qvatuor.
Rhabarbari drachmas duas.
Glycyrrhizæ,
Seminis Anisi,
Fœniculi ana drachmam unam.
Spicæ Indicæ scrupulum semis.
Fiat *Pulvis*.

CHOLAGOGUM SIMPLEX seu DIAGRYDIUM SULPHURATUM.

R. Scammonij electissimi minutissimè triti uncias duas. Extendantur supra chartam bibulam, detineanturq; supra carboni-

bonibus vivis Sulphure ſuper injecto fumantibus, donec ſcammonium, qvod continuo movendum, liqveſcere incipiat vel albeſcat.

SCAMMONIUM ROSATUM.

R. Scammonij vel Diagridij q. v. Extrahe cum ſpiritu Cidoniorum, infuſione ſantali tincto, ſ. a. decanta, filtra & inſpiſſa ad conſiſtentiam mellis. Dein adde ad Scammonij unciam unam ſucci roſar. rub. recenter expreſsi uncias duas, coagulentur ſimul ad ſiccitatem.

PULVIS AD SUPPOSITORIA COMMUNIA.

R. Aloës drachmas duas.
Cumini,
Salis gemmæ,
Rutæ ana drachmam unam.

F. *Pulvis*, qvi ſubigatur cum ſufficienti qvantitate mellis, & redigatur in glandes.

PULVIS AD VERMES, ſeu LUMBRICOS.

R. Radicum filicis Drachmas duas.
Semin. Santonici,
Tanaceti ana unciam ſemis.
Corallinæ,
Dictamni cretici ana drachmas duas.
Lumbricor: terreſtrium præparator.
Rhabarbar. elect. ana Drachmam unam.
Fiat *Pulvis*.

PULVIS APUD VALESCUM, PULVIS HALY dictus.

R. Semin. Papaveris albi drachmas qvinqve.
Gummi Arabici,
Amyli,
Tragacanthi ana drachmam unam ſemis.
Semin. Portulacæ,

 Gos-

Sem: Gossypij,
Althææ,
Malvæ, ana drachmas duas semis.
4. Frigid. major. excortic.
Cydonior. mundator. ana drachm: tres semis.
Spodij præparat.
Succi liqviritiæ, vel potius pulver: ejus ana drachmam unam semis.
Penidiorum ad pondus omnium.
Misce F. *Pulvis.*

Notandum, Pulverum horum semina frigida continentium non nimiam unâ vice qvantitatem præparari debere, ne pulvis diuturniore situ evadat rancidus.

PULVIS BEZOARTICUS COMPOSITUS Sennerti.

℞. Cornu Cervi Philosophic: præparat: drachm: tres,
Oculor: Cancri præparat.
Terræ sigillat.
Succin: alb: præparat:
Margaritar: præparat.
Coralliور: rub. præparat. ana scrupul. duos:
Ossis de corde Cervi,
Smaragdi præparat.
Hyacinthi præparat.
Rubini præparat. una Scrupulum unum.
Lapidis Bezoar. oriental. Scrupul. duos.
Folior. auri Numer. Sex.
F. *Pulvis.*

PULVIS CACHECTICUS Qvercetani.

℞. Limaturæ chalybis cum Sulphure calcinatæ unc. unam.
Feculæ radicum Aronis drachmam unam semis.
Ambræ gryseæ Drachmam unam.
Coralliorum rub. præparat.

Marga-

Margaritar. Orientalium præparat. ana drach. duas.
Cornu Cervi Philosophicè præparat.
Succini præparat.
Cinamom: ana scrupulos qvatuor.
Sacchari ad pondus omnium,
F. *Pulvis.*

Ambra, qvæ hunc ingreditur pulverem, non Spiritibus, aqvis destillatis, aut vino, sed guttulis aliqvot olei destillatitij Cinamomi dissolvatur.

PULVIS AD CALCULUM.

R. Radicum Saxifragiæ albæ,
Petroselini,
Pimpinellæ,
Liqviritiæ,
Cortic. Radic. Ononidis ana drachmas duas.
Baccarum Alkekengi unciam semis.
Juniperi drachmam unam.
Seminum Milij solis.
Fœniculi,
Erucæ,
Dauci Cretici,
Violar. purpur. ana drachmam unam.
Lactucæ,
Papaveris albi,
Qvatuor. frigidor. major. ex cortic.
Hyoscyami albi ana drachmam semis.
Herniariæ Hollerij drachmam unam.
Gummi Cerasorum nigror. drachmas duas.
Tragacanthi drachmam unam.
Terebinthinæ ad duritiem in aqva malvæ coctæ drachmas duas.
Oculorum Cancri,
Salis succini ana scrupulum unum.
Lapidis Judaici,

Spon-

Lapid. Spongiæ,
Nephritici, singulorum præparat. ana drachmam unam.
Cantharidum grana sex.
Sacchari candi uncias duas.
F. *Pulvis*.

PULVIS AD CASUM.

R' Terræ sigillat. aut boli Armenæ,
Sangvinis Draconis,
Mumiæ ana Drachmas duas.
Spermatis Ceti drachmam unam.
Rhabarbari drachmam semis.
F. *Pulvis*.

PULVIS AD DENTIFRICIA MOSCHATUS.

R. Lapidis Pumicis uncias duas.
Ossis sepiæ drachmas sex.
Corallior. rub. præparat. drachmam unam;
Radic. Ireos. unciam unam.
Moschi.
Zibethi ana scrupulum semis.
Olei Ligni Rhodij,
Nucis Moschatæ destil. ana guttas qvatuor.
Caryophyllor. guttas tres.
F. l. a. *Pulvis*.

PULVIS DYSENTERICUS
D. Johannis Langij.

R. Maxillarum Lucij cum dentibus,
Priapi Cervi,
Corticum granatorum,
Cornu cervi usti,
Boli Armenæ,
Seminis Lapati acuti ana unciam unam.
F. *Pulvis*.

PUL-

PULVIS PRO EPITHEMATE CORDIS.

R. Florum buglossæ, Tunicæ, violar. nymphææ,
Calendulæ Cheiri.
B oraginis,
Melissæ ana pugillum unum.
Santalorum omnium,
Rosarum rubear. ana drachmas duas.
Flaved. Corticum Citri,
Ligni Aloes,
Caryophyllor. ana drachmam unam semis.
Spicæ Nardi,
Doronici,
Been utriusqve,
Succini, ana drachmam semis.
Ligni rhodij drach: unam.
Croci scrupulum semis.
Camphoræ grana sex.
Moschi grana tria.
Trita omnia misce & F. *Pulvis*.

PULVIS PRO EPITHEMATE HEPATIS.

R. Santali rubri,
Albi,
Citrini ana unciam semis.
Rosarum,
Flor: Cichorij, Tunicæ, hepaticæ albæ, nymphææ ana Pugill. unum.
Camphoræ Scrupulum unum.
F. l. a. *Pulvis*.

PULVIS HYSTERICUS.

R. Radic. dictamni albi drachmas tres.
Zedoariæ drachmam unam.

Cortic. citri ſicci,
Semin. ejusdem excorticati ana ſcrup. duos.
Fragmentorum Lapidum pretioſorum omnium ana grana duodecim.
Specierum diamargariti calidi drachmas duas.
Sacchari albi unciam unam.
F. *Pulvis.*

PULVIS MARCHIONIS ſeu EPILEPTICUS.

℞. Rad. Pæoniæ maris decreſcente Lunâ effoſsarum unciam ſemis.
Viſci qvercini,
Raſuræ Eboris,
Ungulæ Alcis,
Spodij,
Unicornu Veri,
Corallior. rubeor.
Albor.
Margaritar: præparatar: ana drachm. unam.
Fol. auri puri Num. viginti.
F. *Pulvis.*

PULVIS PARTUM PROVOCANS Helidei de Paduanis.

℞. Cinamomi acutiſsimi,
Croci ana ſcrupulum unum.
Boracis ſcrupulos qvatuor.
F. *Pulvis.*

PULVIS PLEURITICUS.

℞. Mandibularum Lucij præparat.
Dentis apri uſti præparat. ana drachm. duas.
Lapidum percarum,
Talorum Leporis,
Oculorum cancri præparat.

Lucij

Lucij piſcis præparat.
Semin. Carduibenedicti,
Artemiſiæ rubræ ana drachmam unam.
F. *Pulvis*.

PULVIS RUBEUS CÆSARIS contra Peſtem.

R. Myrrhæ electæ,
Croci ana drachmam unam.
Oſsis de corde Cervi ſcrupulos duos.
Cornu cervi drachmas duas.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Gentianæ ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas tres.
Sulphuris vivi,
Boli Armenæ veræ ana drachmas qvatuor.
Camphoræ ſcrupulos qvatuor.
Theriacæ Andromachi,
Mithridatij optimi ana drachmas ſex.
F. omnium *Pulvis*, aſpergendo aqvæ vitæ meliſſæ modicum, ut artis eſt.

PULVIS RUBEUS PANNONICUS:

R. Boli Armenæ cum aq. roſar. & acetoſæ præparat. uncias tres.
Terræ Lemniæ veræ præparat. uncias duas.
Corallior. rub. præparat. unciam ſemis.
Alborum præparat. drachmas ſex.
Lapid. pretioſor. Smaragdi,
Rubini,
Saphyri,
Hyacinthi ana drachmas qvatuor.

Margaritarum præparat. drachmas qvinqve.
Cinamomi electi drachmas duas.
Caryophyllor. drachmam unam.
Semin. acetosæ drachmas duas.
Corticum citri,
Santali Albi ana drachmam unam semis.
Rubri drachmas duas.
Spodij præparati drachmas qvinqve.
Rasuræ Eboris drachmas tres.
Croci orientalis drachmam unam.
Unicornu veri drachmas qvatuor.
Folior. auri purissimi numero qvinqvaginta.
F. Omnium *Pulvis.*

PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Majoranæ drachmam unam semis.
Betonicæ,
Pyrethri ana drachmam semis.
Hellebori utriusqve ana drachmam unam.
Pulegij scrupulum unum.
F. *Pulvis.*

PULVIS STERNUTATORIUS ALIUS.

℞. Pulver. Tabaci Anglici optimi scrupulos qvatuor.
Fol. florum lilior. conval. scrupul. duos.
Moschi oriental. optim. grana qvatuor.
Ambræ Gryseæ grana tria.
Spiritus rosarum guttas qvatuor.
F. *Pulvis.*

PULVIS STOMACHICUS D. D. Birckmanni.

℞. Pulver. radic. Aronis præparat. uncias duas.
Acori veri,
Pimpinellæ ana unciam unam.

Oculorum cancri unciam ſemis.
Cinamomi drachmas tres.
Salis Abſinthij,
Juniperi ana drachmam unam.
Sacchari Roſati ad pondus omnium.
Miſc. F. *Pulvis*.

PULVIS VIOLARUM ODORATUS.

R. Iridis Florentinæ uncias ſex.
Roſarum rubrar. uncias qvatuor.
Cyperi drachmam ſemis.
Majoranæ,
Caryophyllorum,
Styracis ana unciam unam.
Benzoin,
Santali citrini ana unciam ſemis.
Florum cheiri drachmas tres.
Moſchi drachmam unam.
F. *Pulvis*.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS NONA,

Continens

Eclegmata, Sapas, Linctus & Lohoch.

DIACODION Joan: Bapt. Montani, aliâs SYRUPUS DE SILIQVIS.

R' Capita papaverum, exemptis seminibus, numero viginti.
Siliqvarum dulcium, exemptis granis, uncias tres.
Glycyrrhizæ rasæ uncias duas.

Coq. in aqvæ fontanæ libris qvatuor. Decoctum clarifica, & blande exhalare permitte ad remanentiam circiter unciar. decem. Postea ex semin. papaveris asservatum contunde, illudq; primum cum pauxillo hujus decocti in formam pultis redige, ac cum residuo mixtum per colatorium rarum fortiter exprime. Huic Emulsioni crassæ, lactis cremoris instar, tandem adde sacchari albissimi libram unam semis, & sola dissolutione confice *diacodium*.

DIACODIUM IN SOLIDO USITATUM.

R, Semin: papaveris albi unciam semis.
Aqvæ Farfaræ
Rosarum ana unciam unam semis.

Semen papaveris in mortario probè contunde, cum aqvis dilue, & per colatorium rarum majorem illius partem coge. In expressa Emulsione dissolve super ignem sacchari albissimi uncias qvatuor, & sine coctione fiat *confectio in Rotulis*.

LO-

LOHOCH DE FARFARA.

R. Decocti radicum Farfaræ seu Tussilaginis expressi & depurati libram unam.

Mellis libram unam semis,

Coqvantur ad justam consistentiam & Fiat *Lohoch*.

LOHOCH DE PINO.

R. Dactilor. uncias duas.

Glycyrrhizæ unciam semis.

Herbæ capillor: Veneris unciam unam.

Aqvæ pluvialis q. s. F. Decoctio ad libras duas circiter.

In decocti colati & clarificati unciâ unâ dissolve ad pultis formam succi glycyrrhizæ unciam semis. Tum etiam in prædicti decocti uncijs tribus dissolve eodem modo ad pultis consistentiam

Pulveris Tragacanthi

Gummi Arabici ana unciam semis.

Postea R. Nucleorum Pineorum uncias tres & drachmas sex.

Amygdalarum dulcium excortic.

Avellanarum parum assatarum ana unciam unam.

Amygdalar. amararum drachm. sex.

Contundantur probè in mortario, & cum s. q. præparati decocti potiorem horum partem per setaceum coge.

In hac Emulsione supra ignem dissolve Sacchari albi uncias qvatuor, qvibus adde Gummi Arabici & Tragacanthi mucilaginē, nec non pulveris Ireos, Amyli ana unciam semis, ac omnibus exactè permistis, ne grumi à mucilagine remaneant, junge tandem Pulpæ dactylorum antea etiam cum prædicto decocto paratæ, unciam semis, & admisce mellis Passularum uncijs qvatuor succum glycyrrhizæ in illo decocto prius solutum, percolatum, depuratum & ad consistentiam syrupi redactum, ac postremo adde Butyri recentis uncias qvatuor, mellis simplicis optimè clarificati & crassi libras tres & uncias duas, & F. *Lohoch*.

LOHOCH DE PULMONE VULPIS
Mesuæ.

R. Pulmonis Vulpis ſiccati & præparati,
Succi Glycyrrhizæ,
Capillorum Veneris,
Semin. Aniſi,
Fœniculi ana unciam unam.

Sacchari albiſsimi clarificati uncias qvindecim. Omnia tenuiſsimè trita ſaccharo in aqva Scabioſæ diſſoluto & cocto excipiantur, & ad debitam formam redigantur.

Pulmo recens ex Vulpe juvene venatu capta, ſangvine, venis & arterijs purgatur, vino albo odorato tepido ſæpe abluitur, in clibano ſiccatur, exſiccatus pulvere Abſinthii reponitur.

LOHOCH SANUM ET EXPERTUM.

R. Radic. Glycyrrhizæ unciam ſemis.
Capillorum Veneris Manipulum unum.
Jujubarum,
Sebeſten ana numero Triginta.
Paſſularum enucleatarum,
Ficuum ſiccarum,
Dactylorum pingvium exemptis oſsibus ana uncias duas.
Fænugræci drachmas qvinqve.
Seminis Lini unciam ſemis.

Coq. omnia in libris qvatuor aqvæ puriſsimæ ad medietatis conſumptionem, ſed ita, ut paulò anteqvam ad hanc pervenias, injiciantur
Cinamomi,
Hyſſopi ana drachmæ qvatuor.
Semin. Aniſi,
Fœniculi,
Radic. Ireos,
Calaminthæ ana uncia ſemis.

Tum

Tum cola & exprime. Postea Amygdalarum dulcium excortic. drachm. tres, & Pinearum mundatarum drachm. qvinqve contundantur, & cum hoc decocto expresso per setaceum fortiter transmittantur. In hac calidâ adhuc Emulsione dissolve Penidiorum libras duas, ac tandem ubi paulùm refrixerit, insperge sequentia minutissimè incisa & contusa:

Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Amyli ana drachmas tres.
Ireos drachmas duas.

Misceantur subiganturq; omnia celerrimè donec albescat medicamentum.

LOHOCH E SUCCO SCILLÆ Galeni.

R. Succi Scillæ diebus canicularibus excepti libram unam.
Mellis libram unam semis.
Coq. ad formam *Lohoch.*

Scillas plenas ac nitidas cultello eburneo in partes incidito, ejusq; laminas puriores in mortario lapideo contusas exprimito, ac utitor.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DECIMA, De Pulveribus ſeu Speciebus aromaticis.

AROMATICUS CARIOPHYLLATUS, Meſuæ.

℞. Cariophyllorum drachmas ſeptem.
Macis,
Zedoariæ,
Galangæ minoris rufæ,
Santali Citrini odoriferi,
Cinamomi,
Ligni Aloës,
Spicæ Nardi Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi minoris ana drach: unam.
Roſarum rubearum drachmas qvatuor.
Glycyrrhizæ drachmas duas.
Calami aromatici,
Cubebarum ana ſcrupulos duos.
F. *Pulvis.*

Obſervandum, in conterendis ſantalis, ligno Aloës, Radicibus & ſeminibus duriuſculis, ea ſola & ſeorſim eſſe terenda, cum dura admodum ſint & tritu contumacia; & poſteaqvam aliqvandiu fuerint contuſa, guttulis aliqvot aqvæ roſaceæ ſubinde conſpergenda, ne partes ten uiores longiore triturâ evaporent.

AR O-

AROMATICUS CARIOPHYLLATUS CUM MOSCHO ET AMBRA.

R. Pulveris præſcripti tantundem & adde
Trochiſcor. Galliæ Moſchatæ veræ drachmas duas.
Ambræ drachmam ſemis.
Moſchi ſcrupulum ſemis. Miſce.

AROMATICUS ROSATUS Gabrielis.

R. Roſarum rubearum drachmas qvindecim.
Glycyrrhizæ raſæ drachmas ſeptem.
Ligni Aloës,
Santali Citrini ana drachmas tres.
Cinamomi electi drachmas qvinq;.
Cariophyllorum,
Macis ana drachm. duas ſemis.
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana drachmas duas, ſcrupulos duos.
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ ana drachmam unam.
Spicæ Indicæ ſcrupulos duos.
F. *Pulvis.*

AROMATICUS ROSATUS C. MOSCHO ET AMBRA.

R. Prædicti pulveris tantundem: adde Ambræ griſeæ ſcrupulos duos.
Moſchi ſcrupul. unum.
Miſc. f. *Pulvis.*

DIAMBRA MESUÆ.

R. Cinamomi,
Doronici,

Cariophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Caſsiæ ligneæ,
Galangæ ana drachm. tres.
Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris,& minoris è ſiliqvis ana drachm: unam.
Zingiberis drach: unam ſemis.
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Piperis longi ana drachm. duas.
Ambræ drachmam unam.
Moſchi drachmam ſemis.
F. *Pulvis.*

SPECIES CORDIALES TEMPERATÆ.

℞. Ligni Aloës,
Spodij ex Ebore ana drach. unam.
Cinamomi,
Cariophyllorum,
Oſsis de corde Cervi,
Doronici,
Been utriusq; ana drach. unam ſemis.
Margaritarum præpar. Drachmas ſex.
Serici crudi toſti,
Coralliorum rubeorum,
Albor. an. drach. duas.
Hyacinthi,
Smaragdi,
Saphyri ana drachmam ſemis.
Croci ſcrupulum unum.
Ambræ,
Moſchi ana drachmam ſemis,

Fol. auri,
argenti ana numero decem.
F. *Pulvis.*

DIACUMINUM NICOLAI.

R. Cumini pridiè in aceto infusi & iterum exsiccati
unciam unam scrupulum unum.
Cinamomi,
Cariophyllorum ana drachm. tres scrupulos
duos,
Galangæ,
Satureiæ,
Calaminthæ,
Zingiberis,
Piperis nigri an. drachm: unam scrupul: duos.
Ammeos,
Ligustici seu levistici ana drachmam unam
scrupulum unum, grana sex,
Piperis longi drachmam unam.
Spicæ,
Nucis Moschatæ,
Cardamomi ana scrupulos duos semis.
F. *Pulvis.*

DIACURCUMA MESUÆ seu DIACROCU.

R. Croci,
Asari,
Sem: Petroselini,
Dauci,
Anisi,
Apij ana unciam semis.
Rhabarbari,
Meu,
Valerianæ majoris,

Spicæ Indicæ ana drachm. ſex.
Zedoariæ,
Myrrhæ,
Caſsiæ ligneæ,
Schænanthi,
Cardamomi minoris,
Rubiæ,
Succ. Abſinthij,
Eupatorij Meſuæ,
Ol. Cariophyllor. ana drachmas duas.
Calami aromatici,
Cinamomi ana drachmam unam ſemis.
Scordij veri,
Scolopendrij,
Succi Glyzyrrhizæ ana drachmas duas ſemis.
Tragacanthi drachmam unam.
F. *Pulvis.*

DIAGALANGA MESUÆ.

A. Rad. Galangæ,
Ligni Aloës ana drachm. ſex.
Cariophyllorum,
Macis,
Liguſtici ana drachmas duas.
Zingiberis,
Piperis longi,
Albi,
Cinamomi,
Calami Aromatici ana drachm. unam ſemis.
Calaminthæ ſiccæ,
Menthæ ſiccæ,
Cardamom. major.
Spicæ Indicæ,
Sem. apij,

Sem: Anisi,
Fœniculi,
Carui ana drachmam unam.

SPECIES ELECTUARII DE GEMMIS FRIGIDI.

R. Margaritarum præparat. drachmas tres.
Spodij de Ebore,
Rasuræ Eboris,
Corallij utriusqve ana drachm. duas.
Flor. rosarum Rubrarum drachm. unam semis.
Hyacinthi,
Smaragdi,
Saphyri,
Sardæ,
Granati,
Santali albi,
Rubri,
Citrini,
Flor. Borraginis,
Buglossæ,
Sem. acetosæ,
Basilicon. ana drachm. unam.
Ossis de corde Cervi drachm. semis.
Fol. auri,
Argenti ana numero qvindecim.
F. *Pulvis.*

SPECIES CONFECTIONI DE HYACINTHO.

R. Hyacinthi præparati,
Corallii rubri,
Boli armenæ Orientalis,
Terræ Sigillatæ ana drachmam semis,
Granorum Chermes,

Rad

Rad. Tormentillæ,
Diptamni albi,
Sem. Citri mundati,
Acetosæ,
Portulacæ,
Croci,
Myrrhæ,
Rosar. rubear.
San talor. omnium.
Ossis de corde Cervi,
Cornu Cervi usti,
Rasuræ Eboris ana scrupulos qvatuor.
Saphyri,
Smaragdi,
Topazii,
Margaritarum,
Serici crudi tosti,
Fol. auri,
argenti ana scrupulos duos.
Ambræ veræ,
Moschi ana scrupulum unum.
Camphoræ grana qvinq;.
F. Pulvis.

SPECIES DIAJALAPPÆ.

R. Pulv. rad. Jalap. resinos. Drach. decem.
Crem. Tart.
Tart. Vitriol. ana Drachm. tres.
Res. Jalap.
Scammon. ana Drachm. unam.
Ol. Anisi scrupulum unum.
Misc. *F. Pulvis.*

SPE-

SPECIES IMPERATORIS.

R. Cinamomi Optimi drachmas decem.
Zingiberis unciam unam.
Cariophyllorum unciam ſemis.
Galangæ,
Macis,
Nucis Moſchatæ ana drachmas duas.
Moſchi optim. ſcrupul. ſemis.
F. *Pulvis.*

DIA IREOS SIMPLEX.

R. Ireos unciam ſemis.
Sacchari Candiſati,
Specier. Diatragacanthi frigid. ana drachm. duas.
F. *Pulvis.*

DIA IREOS USITATA.

R. Spec. Diamtragacanthi frigid. unciam unam.
Rad. Ireos uncias duas.
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana unciam ſemis.

DIALACCA MAJOR
Meſuæ.

R. Laccæ lotæ,
Rhabarbar. ana drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Flor. & ſtipitum Schænanthus,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Zedoariæ,
Cinamomi,
Croci,
Caſsiæ ligneæ veræ,



Bdelli,
Hyſſopi,
Sabinæ,
Amygdalar. amarar. excorticat.
Succi Abſynthii,
Eupatorii Meſuæ,
Rad. Rubiæ tinctor.
Ariſtolochiæ rotundæ veræ,
Gentianæ,
Aſari,
Sem. Ammeos,
Apii,
Fœniculi,
Aniſi ana drachmam unam ſemis.
Piperis nigri,
Zingiber. ana drachm. unam.

LÆTIFICANS GALENI EX NICOLAO.

℞. Flor. Ocymi Cariophyllati aut ſemin. ejusdē,
Croci,
Zedoariæ,
Cariophyllorum,
Flaved. Cortic. Citri,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Styracis Calamitæ ana drachmas duas ſemis.
Raſuræ Eboris,
Sem. Aniſi,
Thymi,
Epithymi ana drachmam unam.
Oſsis de corde Cervi,
Margarit. præpar,

Cam.

Camphoræ,
Moſchi ana drachmam ſemis.
Fol. auri numero qvinqvaginta.
Argenti numero viginti qvinq;.

LÆTIFICANS RHASIS.

R. Meliſſæ,
Corticum Citri,
Cariophyllorum,
Galliæ Moſchatæ Meſuæ,
Maſtiches,
Croci,
Cinamomi,
Nucis Moſchatæ,
Cardamom. minoris,
Sem. Pæoniæ,
Zedoariæ,
Doronici,
Sem. Ocymi Cariophyllati ana unciam ſemis.
Moſchi ſcrupulum unum.

CONFECTIO LIBERANTIS.

R. Rad. Tormentillæ,
Sem. acetoſæ,
Endiviæ,
Coriandri præparat.
Citri ana drachm. unam ſemis.
Santalor. omnium.
Dictamni albi ana drachmam unam.
Boli Armen. præpar.
Terræ Lemniæ ana drachmas duas,
Margaritarum,
Corallii utriusq;
Succini albi,

Rafuræ Eboris,
Spodij ex Ebore, feu Eboris ufti,
Doronici,
Cardamomi,
Cinamomi,
Macis,
Ligni Aloës,
Cafsiæ ligneæ,
Croci,
Zedoariæ ana drachm. femis.
Sacchari candi,
Penidij,
Serici crudi tofti pulverati,
Smaragdi,
Hyacinthi,
Granati ana fcrupulos duos.
Flor. Nymphææ,
Buglofsæ,
Rofar. ana fcupulum unum.
Camphoræ grana feptem.
Mofchi,
Ambræ ana grana tria.
F. *Pulvis.*

LITHONTRIBON NICOLAI.

R. Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Calami aromatici,
Cinamomi,
Rad. Peucedan.
Sefeleos Cretici,
Trium piperum,
Saxifragiæ ana drachmas duas femis.

Olei

Olei Juniperi ex granis vel nuc. Moſchat. per expreſsionem,
Cariophyllor.
Coſti,
Rhapontici,
Glyzyrrhizæ,
Cyperi rotundi,
Tragacanth.
Chamædrios,
Sem. oluſatri,
Apii,
Ammeos,
Aſparagi,
Ocymi,
Urticæ,
Citri ana drachm. unam grana qvindecim.
Macis,
Croci,
Schænanthus,
Caſsiæ ligneæ,
Bdellii,
Maſtiches,
Ireos,
Sem. Amomi,
Liguſtici,
Milii ſolis,
Petroſelin. Macedonic.
Dauci Cretici,
Cardamom.
Anethi,
Euphorbii præparat.
Lapid. lyncis,
Ol. Nardin. Compoſ.
Ol. macis ana ſcrupulum unum grana qvatuor.

DIAMARGARITON FRIGIDUM
Incerti Autoris.

R. Sem. excorticator. Citrulli,
Melonum,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Portulacæ,
Papaver. albi,
Rosar. rubear.
Flor. Nymphææ albæ,
Boraginis,
Baccar. Myrti,
Santal. albi,
Citrini,
Ligni Aloës ana drachmam unam.
Corall. albi,
Rubri ana drachmam semis.
Margaritarum drachmas tres.
F. *Pulvis.*

DIAMOSCHU DULCE Mesuæ.

R. Croci,
Doronici,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Macis ana drachmas duas,
Margaritarum albarum,
Serici crudi tosti,
Charabe,
Coralliorum rubr. ana drachm. duas semis.
Galliæ Moschatæ veræ,
Ocymi cariophyllati,
Zingiberis,
Cubebarum,

Piperis longi ana drachmam unam ſemis.
Caſsiæ ligneæ,
Spicæ Indicæ,
Cariophyllorum ana drachm. unam.
Moſchi ſcrupulos duos.
Miſc. f. *Pulvis.*

DIAPENIDION Nicolai.

R. Penidiorum uncias duas.
Nucum pinearum,
Amygdalarum dulcium,
Sem. Papaveris albi ana drachmas tres ſcrupulum unum.
Cinamomi,
Cariophyllorum,
Succi Glyzyrrhizæ,
Tragacanthi,
Zingiberis,
Gummi Arabici,
Amyli candidiſsimi,
Semin: excorticat. Melon.
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrulli ana drachmam unam ſemis.
Camphoræ grana ſeptem.
F. *Pulvis.*

DIATRION PIPEREON Galeni.

R. Trium Piperum ana drachmas ſex, grana qvindecim.
Aniſi,
Thymi,
Zingiberis ana drachm. unam.
Miſc. f: *Pulvis.*

PLE-

PLERES ARCHONTICON
Nicolai.

R. Cinamomi,
Cariophyllorum,
Ligni Aloës,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Nuc. Moſchatæ,
Zingiberis,
Spodii,
Schænanthus,
Cyperi,
Roſarum,
Violarum ana drachmam unam, grana qvindecim.
Macis,
Glyzyrrhizæ,
Maſtiches,
Styracis Calamitæ,
Majoranæ,
Balſamitæ,
Ocymi,
Cardamomi minor. è ſiliqvis,
Piperis longi,
Baccar. Myrti,
Cortic. Citri ana ſcrupulos duos gran. qvinq;.
Margaritarum ſplendidar.
Coralli rubri,
Serici toſti ana ſcrupulum unum grana duo ſemis.
Moſchi grana ſeptem ſemis.
Camphoræ grana qvinq;.
Miſc. f. *Pulvis.*

DIA-

DIAPRASIV Nicolai.

R. Prasii Drachmas qvinq; semis.
Pinearum repurgatarum,
Amygdalarum dulcium,
Pistaciorum,
Carnium Dactylor.
Caricar pingvium,
Passular. major.
Tragacanth. ana drachmas tres semis.
Cinamomi,
Cariophyllorum,
Nucis Moschatæ.
Macis,
Ligni Aloës,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Glycyrrhizæ,
Rhapontici,
Anacardii,
Styrac. Calamitæ,
Galbani,
Terebinthinæ,
Mastiches,
Myrrhæ rubræ,
Rad. Ireos,
Aristolochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Cort. radic. Cappar.
Piperis nigri,
Sem: Anisi,
Fœniculi,
Anethi,

Sem. Apii,
Petroſelini Macedonici,
Saxifragiæ ana drachmas duas,
Hermodactylorum,
Origani,
Peucedani,
Schænanthi,
Cardamomi,
Piperis albi,
Carui,
Liguſtici,
Vincetoxici ana drachmam unam ſemis, grana duo ſemis;
Balſamitæ,
Pulegii,
Dictamni Cretici,
Coſti,
Pyrethri,
Thymbræ,
Sem. Baſiliconis,
Pæoniæ radicum,
Piperis longi,
Amomi,
Sinoni,
Orobi veri ana drachm. unam, grana duo ſemis.
Caſsiæ ligneæ,
Corallij rubri,
Raſuræ eboris,
Carpobalſami,
Dauci Cretici ana drachmam ſemis.
Oſsis de corde Cervi,
Ambræ,

Moschi ana grana duodecim.
F. *Pulvis.*

DIARHODON ABBATIS Nicolai.

R. Santal. albi,
Rubri ana drachmas duas semis.
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Spodii ana scrupulos duos.
Succi Glycyrrhizæ,
Asari,
Masticches,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Croci,
Ligni Aloës,
Cariophyllorum,
Cinamomi,
Galliæ Moschatæ veræ Mesuæ,
Rhabarbar. electi,
Acinorum Berberis,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Basiliconis,
Melon.
Cucurbitæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Papaveris albi,
Scariolæ,
Portulacæ,
Lactucæ ana scrupulum unum.
Margaritarum,

Osis de corde Cervi ana scrupul.semis.
Rosarum,
Sacchari candi ana unciam unam, drachmas tres.
Camphoræ grana septem.
Moschi grana qvatuor.

F. *Pulvis.*

ROSATA NOVELLA ejusdem.

R. Sacchari rosati tabulati,
Rosarum,
Glycyrrhizæ ana unciam unam, scrupulos duos semis.
Cinamomi drachmas duas, scrupulos duos, grana duo.
Cariophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Galangæ,
Nuc. Moschatæ,
Zedoariæ,
Styracis Calamitæ,
Cardamomi,
Sem. Apii ana scrupulum unum, grana octo.

F. *Pulvis.*

DIATRION SANTALON Nicolai.

R. Trium santalorum ana drachmas duas scrupulos duos.
Rhabarbari,
Spodij ex Ebore,
Succi Glycyrrhizæ,

Sem. Portulacæ ana drachm. duas.
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Sem. Melonum,
Cucumeris,
Citrulli,
Cucurbitæ,
Intybi ſeu ſcariolæ ana ſcrupulos qvatuor.
Camphoræ ſcrupulum unum.
Violar. unciam ſemis.
Roſar. rubearum qvantum reliqva omnia ponderant, id eſt, uncias tres, drach. tres.
F. *Pulvis.*

DIATRAGACANTHUM FRIGIDUM Nicolai.

R. Tragacanthi candidi unciam ſemis.
Gummi Arabici drachmas duas ſemis.
Amyli drachmam unam.
Glycyrrhizæ raſæ,
Sem. Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonum mundatorum ana drachm. ſemis.
Papaveris albi drachmam unam.
Sacchar. candi albi drachmas ſex.
Camphoræ grana tria.
F. *Pulvis.*

CONFECTIO AD VERMES.

R. Semin ſancti unciam unam ſemis.
Farinæ Lupinorum unciam unam.

Dictamni albi,
Cretici ana unciam semis.
Cornu Cervi usti & præparati,
Scordii veri ana drachmam unam semis.
Croci drachm. semis, grana sex.
Sacchari albi aqva absynthii diluti quantum satis:
F. *Confectio* lege artis.

MANUS CHRISTI SIMPLEX & CUM MARGARITIS.

R. Sacchari albissimi clarificati libram unam.
Aqvæ rosarum libram semis.
Coq. ad consistentiam tabellarum,
Qvodsi saccharum perlatum conficere volueris, immisce sub finem coctionis
Margaritar. præpar. unciam semis.
Projice super Marmor & forma *tabellas*.

CONFECTIO POST PASTUM

R. Semin. Anisi,
Fœniculi,
Carui,
Coriandri,
Zingiberis albi ana drachmam unam semis.
Calami aromatici,
Nucis Moschatæ ana drachmam unam,
Cinamomi electi,
Liqviritiæ rasæ ana drachm. duas.
Sacchari albissimi libram unam semis:
Semina maneant integra, reliqva verò diligenter incidantur & cum sufficienti qvantitate aqvæ rosar. f. Morselli, qvi aromatisentur
Moschi orientalis granis duobus.

CON-

CONFECTIO PECTORALIS.

R. Pulpæ rad. Althææ unciam unam ſemis.
Pulver rad. Ireos Florentinæ drachm. tres.
Liqviritiæ drachm. unam.
Specier. Diaireos ſimplic.
Diatragacanthi frigid. ana drachm. duas.
Croci ſcrupulum ſemis.
Sacchari albi in aqv. farfaræ diſſoluti qvantum ſatis.

F. *Tabellæ* aut *Morſuli.*

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

R. Roſar. rubearum mundatar. drachmas duas.
Pulveriſentur ſubtiliſsime & irrorentur Spiritus vitrioli guttis duodecim; adde Sacchari albi in aqva roſar. diſſoluti uncias qvatuor.

F. *Confectio in tabulis.*

TRAGÆA AROMATICA USITATA.

R. Cinamomi acutiſs. drachmas ſex.
Nuc. Moſchatæ drachmam unam.
Macis drachmam ſemis.
Galangæ,
Cariophyllorum ana drachm. unam ſemis.
Zingiber. albi ſcrupulos qvatuor.
Seminis Coriandri præparat. drachm. ſemis.
Flor. roſar. rubear. ſcrupulos duos.
Sacchari albi libras duas.

Miſc. f. *Tragæa* tenuis.

SACCHARO OBDUCTA.

Sem. Aniſi.
Aqvilegiæ.
Carui,

Sem. Coriandri.
Cumini.
Fœniculi.
Santonici,
Amygdalæ,
Cariophylli,
Cinamomum.
Cortic. Arantiorum.
Citri.
Cubebæ.
Pineæ.
Piſtacia.
Rad. Pimpinellæ.
Cichorii,
Enulæ.
Scorzoneræ.
Zingiberis.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS UNDECIMA, De TROCHISCIS.

AGARICUS TROCHISCATUS.

R. Agarici albi & levis uncias tres.

Cum sufficienti qvantitate Vini Canarini seu malvatici, cui Zingiberis drachmæ duæ fuerint infusæ, cogantur s. a. in *Trochiscos*.

TROCHISCI de Absynthio Mesuæ.

R. Rosarum,
Absynthii Pontici,
Anisi ana drachmas duas.
Rhabarbari,
Succi eupatorii Mesuæ inspissati,
Asari,
Semini Apii,
Amygdalar. amaratum,
Spicæ Indicæ,
Mastiches,
Spicæ Romanæ ana drachmam unam.
Succi Endiviæ q. s.
F. *Trochisci*.

TROCHISCI ALHANDAL Mesuæ.

R. Pulpæ Colocynthidis albæ & levis à seminibus repurgatæ, minutim concisæ & cum sufficienti qvantitate olei rosacei pulveratæ uncias decem.

Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii ana drachmas duas.

Pulveratis omnibus extrahatur ex gummi Tragacanthi portione per s. qv. aqvæ rosaceæ ea mucilaginis qvantitas, qva reliqvi pulveres commodè in pastam redigi posſint, ex qva deinde formentur Trochisci in umbra ſiccandi.

TROCHISCI ALKEKENGI.

R. Fructuum Halicacabi drachm. tres,
Sem. Citrulli,
Melonum,
Cucurbitæ, ana drachmas tres ſemis.
Boli armeniæ,
Gummi Arabici,
Thuris maſculi,
Sangvin. Draconis,
Sem. Papaveris albi,
Amygdalarum amararum,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Amyli,
Pinearum mundatarum ana drachm. ſex.
Semin. Apii,
Hyoſciami,
Succini albi,
Terræ ſigillatæ,
Opii ana drachm. duas.
C. Succo Alkekengi,
F. *Trochiſci.*

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ.
Nicolai.

R Ladani putiſsimi uncias tres.
Styracis calamitæ unciam unam ſemis.

Styra-

Styracis rubeæ unciam unam.
Ligni Aloes veri drachm. duas.
Ambræ drachmam unam.
Camphoræ drachmam ſemis.
Moſchi ſcrupulum ſemis.
Aqvæ roſarum qvantum ſufficit.
Formentur *Trochiſci:*

Parandi modus hic eſt, ut Ladanum & Styrax utraq; in vaſe vitreato benè clauſo ſolvantur leni Balnei calore dum omnia ſimul molleſcant; tum vero in calido mortario piſtillo validè contuſa commiſceantur, donec tota hæc maſſa nigreſcat. Deinde Lignum aloës in tenuem pollinem attritum inſpergatur ac prædictæ maſſæ admiſceatur, cui qvoq; camphora & ambra ſimul trita jungantur & Moſcho in ſufficienti qvantitate ſeu unciis tribus aqvæ roſaceæ odoratiſsimæ diſſoluto in paſtam cogantur, qvæ in paſtillos aut teretes orbiculos efformari qveat, qvi ſupra calidum marmor aut aſſerculum qvernum, vel ex pyro aut ebeno confectum & aqva roſacea, ne ei adhæreſcant, aſperſum rotari, ac in vitreo vaſe diligenter clauſo aſſervari debent.

TROCHISCI BECHICI ALBI.

R. Sacchari albiſsimi Libram unam,
Candi optimi,
Penidiati, ana uncias qvatuor.
Rad. Ireos Florent. uncias duas.
Amyli unciam unam ſemis.
Cum mucilaginis Tragacanthi albi aqva roſacea extractæ ſufficienti qvantitate
F. *Trochiſci* parvi.

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

R. Succi liqviritiæ inſpiſſati uncias qvatuor.
Styrac. Calamitæ unciam unam ſemis.
Sacchari candi uncias duas ſemis.
Specier. Diaireos uſitat.

Lohoch sani ana unciam semis.
Sacchari penidii libram semis.
Sacchari albissimi libras duas uncias tres.

Mucilaginis Tragacanthi cum aqva Hyssopi factæ qvantum satis.

F. *Trochisci.*

TROCHISCI DE CAPPARIBUS

R. Cortic. radic. Capparum,
Sem. Agni casti ana drachm. sex.
Nigellæ,
Nasturtii,
Calaminthæ,
Succi Eupatorii Mesuæ,
Calami aromatici,
Amygdalarum amararum,
Folior. Rutæ,
Aristolochiæ rotundæ veræ,
Ammoniaci ana drachmas duas.
Cyperi rotundi,
Scolopendrii veri seu Ceterach ana drachm. unam.

Trita omnia cum Ammoniaco in aceto dissoluto formentur in *Trochiscos.*

TROCHISCI DE CHARABE Mesuæ.

R, Charabe drachmas sex.
Cornu Cervi usti,
Gummi Arabici assati,
Corallii rubri usti,
Tragacanthi,
Sucei Acaciæ,
Hypocistidos,
Balaustiorum,

Masti-

Mastiches,
Laccæ,
Papavĕris nigri assati ana drachm. duas.
Thuris,
Croci,
Opii ana drachmam unam grana qvindecim.
Mucilaginis gummi Tragacanthi, qvantum satis est.
F. *Trochisci.*

TROCHISCI CYPHEOS DAMOCRAtis ex Galeno.

R. Uvarum passarum pingvissimar. seu cybebarum,
Terebinthinæ coctæ ana uncias tres.
Myrrhæ,
Schænanthi ana unciam unam semis.
Calami Aromatici drachmas novem.
Cinamomi drachmas qvatuor.
Bdellii ungvinosi,
Spicæ Indicæ,
Cassiæ ligneæ veræ,
Cyperi,
Baccarum Juniperi ana drachmas tres.
Aspalathi drachmas duas semis,
Croci drachmam unam.
Mellis qvantum sufficit.
Vini cretici modicum.

Bdellium, Myrrha & Terebinthina cocta in vino dissoluta redigantur ad crassitiem mellis & carnibus passularum ex melle diu tritis misceantur: Deinde reliqva in tenuissimum pulverem redacta adjiciantur, ac simul agitando commisceantur formenturq;

Trochisci in umbra siccandi.

TROCHISCI DE EUPATORIO
Mesuæ.

R. Mannæ,
Succi Eupatorii ana unciam unam.
Rosarum unciam semis.
Spodii ex Ebore drachmas tres semis.
Spicæ Indicæ drachmas tres,
Rhabarbari,
Asari,
Anisi ana drachm. duas semis.

Cum aqva Cuscutæ f. *Trochisci*, qvi in umbra siccati reponantur.

TROCHISCI DE GALLIA MOSCHATA
Mesuæ.

R. Ligni Aloes crudi drachmas qvinq;.
Ambræ drachmas tres.
Moschi drachmam unam.

Mucilaginis Tragacanthi extractæ cum aqva rosar. qvantum sufficit.

F. *Trochisci*.

TROCHISCI HEDYCHROI
ad Theriacam ex Galeno.

R. Aspalathi,
Asari,
Dictamni cretici,
Amaraci, ana drachmas duas,
Calami odorati,
Schænanthi,
Costi,
Phu Pontici,
Cinamomi,
Ol. Caryophyll.

Lign.

Lign. Aloes, ana Drach. tres.
Folij,
Nardi Indicæ,
Casiæ ligneæ,
Myrrhæ,
Croci, ana Drachm. sex.
Amomi Drachm. duodecim.
Mastiches drachmam unam.

Vini Canariensis seu Cretici qvantum satis F. Trochisci in umbra sicc andi & oleo inungendi Cariophyllorum.

TROCHISCI DE LACCA
Mesuæ.

℞. Laccæ mundatæ,
Succi glycyrrhizæ,
Eupatorii,
Absynthii,
Berberorum,
Rhabarbar.
Aristolochiæ longæ,
Costi,
Asari,
Amygdalar. amarar.
Rubiæ,
Anisi,
Apii,
Schænanthi ana drachmam unam.

Cum succo Absynthii depurato q. s.
F. *Trochisci.*

TROCHISCI DE MYRRHA RHASIS.

℞. Myrrhæ drachmas tres.
Lupinorum drachmas qvinq;
Fol. Rutæ,
Mentastri,

Pule-

Pulegii vulgaris,
Cumini,
Rubiæ tinctorum,
Asæ fœtid. recentis,
Sagapeni,
Opopanacis ana drachmas duas.
F. *Trochisci.*

Ut ritè parentur hi trochisci, Lachrymæ sordibus purgatæ atq; in aqva capill: Veneris infusæ dissolvantur, & cum cæteris pulvisculis in mortario adjectis in massam cogantur, additâ etiam Myrrhâ in pollinem redacta. Qvodsi liqvor formandis pastillis. non sufficit, infusione suppleri potest.

TROCHISCI DE RHABARBARO Mesuæ

R. Rhabarbar. elect. interioris & optim. drachmas decem.
Succi Eupatorii,
Amygdalarum amarar. ana drachm. qvatuor.
Rosar. rubear. drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Anisi,
Rubiæ radic.
Absynthii,
Asari,
Sem. Apii ana drachmam unam.
Aqvæ Cuscutæ qvantum sufficit.
F. *Trochisci.*

TROCHISCI SCYLLITICI AD Theriacam.

R. Scyllam recentem candidissimam, corticosâ parte & radice lignosa privatam, involve farina tritici subacta & fermentata; Deinde sub cineribus aut in Clibano assetur, donec Massa crustam duriusculam undiq; contraxerit, ac festuca lignea scyllæ corpus per rimas crustæ promptè penetret. Tum crustâ triticea separata R. Me-

R. Medullæ ſcyllæ diligenter levigatæ libram unam.
Cicerum rubeor. uncias octo.
Mixta ſimulq; trita redige in paſtillos in umbrâ ſiccandos.

TROCHISCI DE SPODIO CUM ſemine acetoſæ.

R. Roſar. rubear. unciam unam ſemis.
Spodii drachmas decem.
Semin. acetoſ. drachmas ſex.
Portulacæ,
Coriandri in aceto infuſi & torrefacti,
Sumach ana drachmas duas ſemis,
Amyli torrefacti,
Balauſtiorum,
Berberorum ana drachmas duas.
Gummi Arabici torrefacti drachm. unam ſemis.
Cum ſucco agreſtæ qvantum ſatis, forma *Trochiſcos*.

TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA Meſuæ.

R. Sangvinis Draconis,
Gummi Arabici aſſati,
Roſarum rubearum,
Sem. Roſarum ſeu Anthoræ officinarum,
Amyli exſiccati,
Acaciæ,
Lapid. Hæmatitis,
Hypocyſtidis,
Balauſtiorum,
Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ,
Corallii rubri,
Charabe ana drachmam unam.
Spodii de Ebore,

Margaritarum præparat.
Tragacanthi,
Sem. Papaver. nigri ana drachm. unam semis.
Sem. Portulacæ,
Cornu Cervi usti,
Thuris Masculi,
Conorum Cupressi,
Croci ana drachmas duas.
Aqvæ plantaginis qvantum sufficit
F. *Trochisci.*

TROCHISCI VIPERINI AD Theriacum.

Ex Italia Venetiis, aut Patavio petuntur.



DIS-

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DUODECIMA,

Collyria Sicca, Arabibus Sief dicta, Paſtas Odoratas, nec non aliorum ſuffituum genera parare docens.

SIEF ALBUM CUM ET ſine Opio.

R. Gumm. Arabici,
Tragacanthi,
Amyli ana drachmas qvatuor.
Ceruſſæ lotæ drachmas ſex.
Sarcocollæ nutritæ drachmas tres.
Opii drachmam unam.

Cum albumine Ovi fiat *Sief*. Paratur etiam ſine Opio, ut utrumqve tempore neceſsitatis in promptu ſit.

SIEF ALBUM GALENI.

R. Cadmiæ lotæ, id eſt, Tutiæ præparatæ drachmas ſedecim.
Ceruſſæ lotæ,
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana drachmas qvatuor,
Opii drachmas duas,

Excipiantur cum aqvâ roſaceâ & fiat *Collyrium*, ſiccum qvod etiam ſine Opio parari poteſt.

POMUM AMBRÆ.

R. Styracis Calamitæ,
Styracis liqvidæ,

Benzoi,
Galliæ Moſchatæ veræ,
Aliptæ Moſchatæ,
Ladani ana unciam ſemis,
Cinamomi electi,
Caryophyllorum,
Santali citrini ana drachmas duas,
Roſarum rubearum,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cyperi rotundi,
Majoranæ,
Gummi Elemi,
Rorismarini,
Iridis Illyricæ ana ſcrupulos duos, grana qvinq;.
Mucilaginis Tragacanthi factæ cum aqvâ roſarum qvantum ſufficit.

Fiat *Maſſa*.

SUFFITUS DELICATUS.

℞. Benzoi electi unciam unam ſemis,
Styracis calamitæ drachmas ſex.
Ligni Aloës drachmas duas.

Fiat *Pulvis* groſsiuſculus.

SUFFITUS COMMUNIS.

℞. Baccarum Juniperi,
Raſuræ Succini citrini ana uncias tres,
Florum roſarum rubearum unciam unam ſemis, drachmas duas,
Styracis Calamitæ unciam unam ſemis,
Ligni Juniperi drachmas undecim,
Maſtiches,

Gummi

Gummi Juniperi ana drachmas decem,
Olibani drachmas ſeptem,
Miſce fiat *Pulvis* groſſus.

CANDELÆ PRO SUFFITU.

R. Aſæ dulcis, id eſt, Benzoi,
Styracis Calamitæ ana uncias qvatuor,
Thymiamatis,
Olybani ana uncias duodecim,
Ladani uncias decem & octo,
Garyophyllorum unciam unam ſemis,
Sem. Nigellæ unciam unam,
Coriandrorum præparatorum,
Granorum Juniperi ana unciam ſemis,
Styracis liqvidæ uncias ſex,
Terebinthinæ unciam ſemis,
Carbonum tiliæ uncias triginta,
Cum infuſione Tragacanthi factâ in aqvâ roſarum fiant *Candelæ*.

PASTILLI PRO FUMO USITATI.

R. Benzoi electi uncias duas ſemis,
Styracis calamitæ drachmas decem,
Ligni Aloës drachmas tres,
Caryophyllorum drachmas ſex.
Cinamomi electi drachmas duas,
Ligni Cupreſsi unciam unam ſemis,
Sacchari albi uncias qvatuordecim,
Cum infuſione Tragacanthi ex aqvâ roſarum factâ fiant *Paſtilli*.

SAPO MOSCHATUS VENETUS.

R. Pulveris radicum Iridis Florentinæ unciam ſemis,
Styracis Calamitæ,

Asæ dulcis ana drachmam unam,
Caryophillorum,
Ladani ana drachmam semis,
Santali albi,
Ligni Aloes ana scrupulum unum,
Tenuissimè pulverisata agitentur in mortario calido, adde
Saponis Veneti in aqvâ rosarum fragrantissimâ decies loti libram unam,
Olei Tartari per deliqvium facti unciam unam semis,
Ligni Rhodii scrupulum unum,
Moschi scrupulum semis.
Fiant *Globuli.*



DIS-

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DECIMA TERTIA,

Confectionum Antidotalium, Narcoticarum seu Opiatarum, aliarumq; similium Conditarum & Conservarum descriptiones, tradens.

THERIACA ANDROMACHI Senioris: In simplo.

R. Trochiscorum Scilliticornm drachmas qvadraginta octo, seu uncias sex,
Trochiscorum de Viperâ,
Piperis longi,
Opii, seu succi papaveris,
Magmatis Hedichroi ana drachmas viginti qvatuor, id est, uncias tres,
Rosarum rubearum exsiccatarum,
Iridis Illiricæ aut Florentinæ,
Succi glycyrrhizæ,
Seminis Buniadis dulcis, seu Napi agrestis,
Comarum Scordii Cretici, vel nostratis,
Opobalsami, seu Olei ex nuce Moschatâ expressi,
Cinamomi electi,
Agarici Trochiscati ana drachm. duodecim,
Myrrhæ,
Costi odorati, seu Zedoariæ,
Croci Orientalis Corycii,
Cassiæ ligneæ veræ,

Nardi

Nardi Indicæ,
Schœnanthi, ſeu Junci odorati,
Thuris maſculi pellucidi,
Piperis nigri,
Albi, ſeu Aglajæ,
Fol. Dictamni Cretici,
Comarum marrubii,
Rhabarbari electi,
Stœchadis Arabicæ ex Cycla,
Seminis Petroſelini Macedonici,
Nepithæ ſeu Calaminthæ montanæ odoratæ,
Therebinthinæ Chiæ, aut acris Lybicæ,
Zingiberis,
Radicis pentaphylli, ſeu qvinqvefolii racemoſi ana drachmas ſex.
Polij Cretici,
Chamæpityos ramorum,
Styracis Calamitæ,
Meu, ſeu Angelicæ,
Amomi racemoſi, aut Seminis Citri & Hyperici ana partes æqvales,
Acori ſeu Calami aromatici,
Nardi Celticæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Phu Pontici, aut Valerianæ noſtræ,
Chamædryos Cretici Comarum,
Fol. Malobathri, aut ejus loco Macis, & caryophyllorum ana partes æqvales.
Chalcitidis toſtæ,
Radicis Gentianæ,
Anyſi,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, aut Cubebarum,
Gummi Arabici ſplendidi vermiculati,

Semi_

Seminis fœniculi Cretici,
Cardamomi minoris,
Sem. Sefeleos fragilis Maſsilienſis,
Succ. Acaciæ,
Sem. Thlaſpios,
Comarum Hyperici Cretici,
Sem. Ammeos,
Sagapeni ana drachmas qvatuor,
Caſtorei,
Ariſtolochiæ tenuis, ſeu longæ,
Seminis Dauci Cretici,
Bituminis Judaici, ſeu Aſphalti,
Opopanacis,
Centaurii minoris comarum,
Galbani recentis ana drachmas duas,
Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras qvatuordecim, uncias qvinq; & drachmas duas.

Conficitur hoc modo.

Simplicia ad Theriacæ Compoſitionem expetita qvæ conteri poſſunt in ſex Claſſes dividenda, qvarum ſingulæ ſeorſim in pulverem redigi, ac anguſto cribro tranſmitti poſſunt.

Claſsis I.

R. Iridis Illyricæ,
Scordii,
Sem. Buniadis ana unciam unam ſemis.
Aniſi,
Seſeleos,
Polii Cretici ana unciam ſemis,
Coſti odorati drach. ſex.

Pendit hæc claſsis libram ſemis, drachm. ſex.

R Claſ-

Classis II.

R. Gentianæ,
Chamædrios,
Fœniculi,
Amomi ana unciam ſemis.
Pentaphylli,
Marrubii,
Calamintæ montanæ ana drachm. ſex.
Pendit hæc claſsis uncias qvatuor, drachmas duas.

Claſſis III.

R. Rad. Angelicæ,
Phu Pontici,
Nardi Celticæ,
Chamæpityos,
Sem. Thlaſpios ana unciam ſemis.
Ariſtolochiæ longæ drachmas duas,
Dictamni Cretici drachm: ſex.
Pendit hæc claſsis uncias tres ſemis.

Claſsis IV.

R. Roſar. rubear. unciam unam ſemis.
Flor: Hyperici unciam ſemis.
Centaur: minoris,
Sem. Dauci ana drachm. duas.
Petroſel: Maced:
Schænanthi ana drachm. ſex.
Trochiſcor: de Vipera uncias tres.
de Sqvilla uncias ſex.
Pendit hæc claſsis uncias tredecim.

Claſſis V.

R. Sem: Ammeos,
Calami aromat: ana unciam ſemis.

Cinamomi unciam unam ſemis,
Caſsiæ ligneæ,
Rhabarbari,
Nardi Indicæ ana drachm. ſex.
Piper: longi,
Trochiſc: Hedychroi ana uncias tres.

Pendit hæc claſsis uncias decem, drachmas ſex.

Claſſis VI.

R. Stæchad: Arabicæ,
Zingib: albi,
Piperis nigri,
albi, ana drach. ſex.
Caſtorei,
Macis,
Caryophyllorum vel Folii ana drach. duas.
Cubebarum, pro Carpobalſamo,
Cardamomi ana unciam ſemis.

Pendit hæc claſsis uncias qvatuor, drach. ſex.

Seqventia hæc per ſe ſingula terantur.

R. Myrrhæ,
Thur: maſculi,
Croci Orient: ana drach. ſex.
Agarici trochiſcati unciam unam ſemis.
Bitum: Judaici drach. duas.
Terræ Lemniæ veræ,
Chalcitidis toſtæ ana unciam ſemis.

Nunc verò Gummi & Reſinæ, Terebinthinâ Cypriâ & Storace exceptis, utpote Sagapeni uncia ſemis, Opopanacis drachmæ duæ, Galbani drachmæ duæ, Gummi Arabici uncia ſemis, per ſe Vino Cretico diſſoluta ac eliqvata per ſetaceum tenuis pul-

ticulæ formâ exprimantur: hoc facto ad permixtionem sic accedes. Primò sex Classes Medicamentorum in tenuem pollinem redactas unà cum iis qvæ per se terenda monuimus, Terra Lemnia, Croco & Chalciride exceptis, in aheno magno commiscebis, diligenter pulveres hos per horam vel amplius agitando, ut sic probè coëant ac accuratè & ad extremum usq; permixti paulatim postmodum Melli & reliqvis liqvidioribus misceri qveant, eo planè modo qvem jamjam traditurі sumus.

His igitur ita ritè dispositis, in ahenum qvoddam magnum qvatuor aut sex Mellis despumati ac modicè calentis unciæ infundendæ, eæq; pistillo magno ligneo ita hinc inde diducendæ, ut cacabi jam dicti circumferentia Melle hoc tenuissimè obducta, & qvasi perducta seu illita videatur. Tunc omnium primò Terebinthina Cypria supra prunas modesto calore liqvata, addito pauco melle & Vino Cretico eidem aheno indenda, qvam mox Gummatum per setaceum expressus qvasi cremor identidem Vino Cretico modicè dilutus, & ad prunas leniter calefactus subseqvatur. Abhinc Succi & Liqvores concreti, nempè Succus Acaciæ, Glycyrrhizæ, Hypocristidis, ipsumq; Opium compositioni jungantur, qvæ omnia ac singula Vino cretico dissoluta una cum prioribus aheno inditis nimirum Terebinthina & Gummis, continua ac indesinenti agitatione probè permisceantur. Hoc facto Mellis despumati mediocriter calentis libræ aliqvot in ahenum hoc dimittantur, ac factâ prius diligenti omnium jam dictorum unione pulveres sex Classium sedulò ad invicem permixti per cribrum angustum paulatim inspergantur, continuaq; agitatione sic accuratè permisceantur, ne qvid grumescat, sed compositio ipsa evadat plana ac tenera, atq; sic alternis vicibus modò Mellis portio aliqva affundenda, modò Pulveres inspergendi, donec omnis pulverum qvantitas Melli unita fuerit.

Tunc verò Terra Lemnia, & post eam Chalcitis, utraqve priùs Vino Cretico diluta adjicienda; abhinc Styrax Calamita

addito

addito modico Vino Cretico ad prunas liqvefiat, ac Oleo Nucis Moschatæ addito artificiosè ne grumescat dissolvatur, & ad teneritudinem eliqvetur, compositioniq; addatur. Qvæ ubi probè una cum cæteris omnibus mixta fuerint, Crocus eodem Vino Cretico dilutus ac tenuiter diductus Theriacam subintret, & postremò Oleum Caryophyllorum, qvod Trochiscis Hedichroi in qvorum structurâ Opobalsami vices supplere debebat subtraximus qvâ de re vide Scholion ad Trochiscos jam dictos loco proprio adjectum, Medicamentumq; diu ac strenuè agitandum, ut omnium eò perfectior fiat mixtio, idqve in vase mundo reponendum, cujus tertia vel ad minimum qvarta pars vacua superſit, ut Theriaca fermentando in ampliorem molem accrescens & insurgens commodè per dies aliqvot in eo agitari qveat. Est enim ad dies ad minus octo continuos qvotidie commovenda, deinde verò singulis hebdomadibus, ac tandem singulis mensibus agitanda, donec anni unius ætatem attigerit, semper eam diligenter contegendo & ab externis injuriis muniendo, eritq; sic Theriaca omnibus suis numeris absoluta.

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS.

R. Myrrhæ Arabicæ Troglodyticæ,
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris electi,
Thlaspios ana drachmas decem.
Seseleos,
Opobalsami,
Schœnanthus,
Stœchadis,

Costi veri aromatici, aut succedanei,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Castorei Pontici,
Succi Hypocistidis,
Styracis bonæ,
Opopanacis,
Folii ana unciam unam.
Cassiæ ligneæ,
Polii,
Piperis albi,
Scordii,
Sem. Dauci Cretici,
Carpobalsami,
Cypheos Trochiscorum,
Bdellii ana drachmas septem.
Nardi Celticæ purgatæ,
Sem. Petroselini,
Gummi,
Opii,
Cardamomi,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,
Foliorum rosarum,
Dictamni Cretici, ana drachmas qvinq;,
Anysi,
Aristolochiæ rotundæ,
Acori,
Phu,
Sagapeni ana drachmas tres,
Meu Athamantici,
Succi Acaciæ,

Ven-

Ventris Scinci veri,
Summitatum Hyperici ana drachmas duas semis.
Vini qvantum satis est.
Mellis despumati triplum, id est, libras novem, uncias octo, drachmas duas.

Modus confectionis hic est, ut ingredienria ad compositionem hujus tam famosi Medicaminis in sex Classes divisa in tenuem pulverem redigantur. Classium porrò series hæc est:

I. CLASSIS.

R. Sem. Anysi drachmas tres,
Zingiberis drachmas decem,
Macis,
Caryophyllorum ana unciam semis,
Gentianæ drachmas qvinq;.

II. CLASSIS.

R. Scordii Cretici drachmas septem,
Nardi Celticæ,
Sem. Petroselini Macedonici ana drachmas qvinq;.
Piperis longi unciam unam.

III. CLASSIS.

R. Cinamomi,
Spicæ Indicæ ana drachmas decem.
Schœnanthi
Zedoariæ ana unciam unam.
Rosarum drachmas qvinqve.

IV. CLASSIS.

Polii Montani drachmas septem.
Stœchadis unciam unam.
Sem. Fœniculi drachmas qvinqve.
Phu Pontici drachmas tres.

V. CLAS-

V. CLASSIS.

Dictamni Cretici drachmas qvinqve.
Casſiæ ligneæ,
Cubebarum,
Trochiſc: Cypheos,
Piperis albi ana drachmas ſeptem.
Sem. Thlaſpios drachmas decem,

VI. CLASSIS.

Sem. Dauci drachmas ſeptem,
Cardamomi drachmas qvinqve.
Calami Aromatici,
Ariſtolochiæ rotundæ ana drachmas tres.
Angelicæ,
Hyperici ana drachmas duas ſemis.

Seqventia per ſe terantur; nempe

Myrrha,
Olibanum,
Caſtoreum,
Bdellium,
Agaricus,
Ventres Scinei, qvi inciſorio in minutiſsimas partes redigantur.
Crocus.

Hoc peracto, Gummata & Succi Vino Cretico ſolvantur, ac eo planè modo qvi in Theriacâ præſcriptus eſt, cum Terebinthinâ, Melle & Pulveribus ſex Claſsium uniantur, adjiciendo ſub finem Crocum Vino Cretico dilutum, itemq; Styracem Oleo Nucis Moſchatæ & eodem Vino liqvatam; atqve ſic ſedulâ ſtrenuaq; agitatione compoſitio hæc ſuam perfectionem acqvirat qvæ identidem in Vaſe mundo & ſatis amplo, ut fermen-

fermentare qveat, reponenda, atq; ut Theriaca ſæpius commovenda, donec in annum adoleverit.

ANTIDOTUS
Mathioli.

R. Rhabarbari,
Rhapontici,
Rad. Phu,
Acori, ſeu Calami aromatici,
Cyperi,
Qvinqvefolii,
Tormentillæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Pœoniæ,
Helenii,
Coſti,
Iridis Illyricæ,
Chamæleontis albi, ana drachmas tres.
Galangæ,
Imperatoriæ,
Dictamni albi,
Angelicæ,
Millefolii,
Filipendulæ,
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas duas.
Agarici drachmas tres.
Libanotidis maris,
Gentianæ,
Morſus Diaboli ana drachmas duas ſemis.
Sem. Citri,
Viticis,
Cocci infectorii,
Fraxini,

Oxalidis,
Paſtinacæ Sylveſtris,
Napi,
Nigellæ,
Pœoniæ,
Ocymi,
Irionis,
Thlaſpios,
Fœniculi,
Ammeos ana drachmas duas.
Baccarum Lauri,
Juniperi,
Hederæ,
Smilacis aſperæ,
Cubebarum ana drachmam unam ſemis.
Foliorum Scordii,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Centaurii minoris,
Stœchadis Arabicæ.
Nardi Celticæ,
Calaminthæ,
Rutæ,
Mentæ,
Betonicæ,
Verbenacæ,
Scabioſæ,
Cardui benedicti,
Meliſſophylli ana drachmam unam ſemis.
Dictamni Cretici drachmas tres.
Sampſuchi,
Hyperici,
Junci odorati,
Marrubii,

Galegæ,
Sabinæ,
Pimpinellæ ana drachmas duas.
Caricarum,
Nucum juglandium,
Piſtachiorum ana uncias tres.
Myrobalanorum Emblicorum drachmas
qvatuor.
Florum Bugloſsi utriusqve,
Roſarum,
Lavendulæ,
Salviæ,
Rorismarini ana ſcrupul. qvatuor.
Croci drachmas tres.
Caſsiæ ligneæ veræ drachmas decem.
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ,
Macis ana drachmas duas ſemis.
Piperis nigri,
Longi,
Santalorum omnium,
Agallochi ana drachmam unam ſemis.
Cornu Cervi crudi unciam ſemis.
Unicornu drachmam unam.
Oſsis de corde Cervi,
Ramentorum Eboris,
Virgæ Cervinæ,
Caſtorei ana ſcrupulos qvatuor.
Terræ Lemniæ drachmas tres.
Opii drachmam unam ſemis.
Margaritarum Orientalium.
Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi.
Coralli rubri ana drach. unam ſemis.

Camphoræ drachmas duas.
Masticħes,
Thuris,
Styracis,
Myrrhæ,
Gummi Arabici,
Resinæ Terebinthinæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Laserpitii ana drachmas duas semis.
Moschi Odorati,
Ambræ ana drachmam unam.
Olei Vitrioli unciam semis.
Specierum Cordialium temperatarum,
Diamargariti frigidi,
Diamoschi dulcis,
Diambræ,
De gemmis frigidis.
Trochiscorum de Camphorâ,
Scilliticorum ana drachmas duas semis.
De Viperâ uncias duas.
Succ. Oxalidis,
Sonchi,
Scordii,
Echii,
Buglossæ,
Melissophylli ana libram semis.
Hypocistidis drachmas duas.
Theriacæ electæ,
Mithridatij optimi ana uncias sex,
Vini veteris albi odorati libras tres.
Sacchari è Maderâ, aut Mellis optimi libras octo, & uncias sex.

Fiat

Fiat ſecundum artem Electuarium eo modo, qvo Theriaca aut Mithridatium conficiuntur.

DIACORUM MESUÆ.

R. Radic. Eringii,
Acori ſeu Calami Aromatici,
Pinearum ana libram unam ſemis,

Radices mundatæ & inciſæ coqvantur in mediocri qvantitate Vini Malvatici, donec nonnihil molleſcant, poſtea optimè piſtentur, & in minutiſsimas partes conterantur ad pultis conſiſtentiam: deinde affunde illis brodii Zingiberis in India conditi libras decem. Coqvantur lento igne diligenter agitando ne ad Vaſis fundum radices adurantur, qvibus ſic ad juſtam conſiſtentiam coctis adde Pineas minutiſsimè inciſas cum ſubſeqventi Pulvere optimè mixtas:

R. Piperis nigri unciam unam
Longi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Roſarum,
Macis ana drachmas qvatuor,
Nucis Moſchatæ,
Galangæ,
Cardamomi ana drachmas tres.

Omnia illa ſimul cum radicibus & brodio Zingiberis conditi miſceto, diligenter agitando ne grumi aliqvi relinqvantur.

ACORUS CONDITUS
Vulgaris.

R. Radicum Acori ſeu Calami aromatici libram unam ſemis,
Brodii Zingiberis conditi libram unam,
Amygdalarum inciſarum libram ſemis,
Piperis nigri,

Nucis Moſchatæ,
Zingiberis albi ana unciam unam.

Præparetur hoc modo:

Radices Acori ſeu Calami Aromatici mundatæ, & in taleolas tenuiſsimè inciſæ coqvantur ad mollitiem in Vino Malvatico, poſtea piſtentur ac conterantur, deinde affunde illis Brodii Zingiberis in Indiâ conditi libram unam, qvibus ſic ad juſtam conſiſtentiam redactis adde Amygdalarum inciſarum libram ſemis, cum reliqvis Speciebus Aromaticis contuſis diligenter agitando donec juſtam acqvirant conſiſtentiam.

CONFECTIO ALKERMES Monſpelienſium.

Cum Confectio Alkermes in hac regione ob defectum Succi granorum Kermes debito modo præparari neqveat, Pharmacopœi noſtri operam dabunt, ut in ſuis officinis Monſpelienſem ſemper in promptu habeant.

CONFECTIO ANACARDINA Meſuæ.

R. Myrobalanorum Chebulorum,
Emblicorum,
Belliricorum,
Indorum,
Piperis nigri,
Longi,
Caſtorei ana drachmas duas.
Coſti,
Anacardii præparati,
Sacchari albi,
Seminis nigellæ, aut Erucæ,
Baccarum lauri ana drachmas ſex,
Cyperi drachmas qvatuor.

Anacardia per ſe terantur, demum aliis tritis admiſceantur, deinde

deinde omnia incorporentur cum Mellis despumati sufficienti qvantitate, fiat *Electuarium*.

ELECTUARIUM E BACCIS Lauri.

R. Foliorum Rutæ drachmas decem,
Sem. Ammeos,
Cumini,
Nigellæ,
Ligustici,
Carui,
Dauci,
Acori seu Calami Aromatici,
Origani,
Amygdalarum Amararum,
Piperis Nigri,
Longi,
Mentastri,
Baccarum lauri,
Castorei ana drachmas duas.
Sagapeni unciam semis.
Opopanacis drachmas tres.
Mellis triplum, id est, libram unam, uncias qvatuor, drachmas septem,

Tritis diligenter, qvæ terenda sunt, fiat *Electuarium*, additis circa finem Lachrymis Vino dilutis.

ELECTUARIUM CHALYBEATUM.

R. Limaturæ Chalybis nostro modo præparati uncias septem,
Cinamomi acuti,
Nucis Moschatæ ana drachmas sex.
Rhabarbari electi drachmas duas,

Specie-

Specierum Aromat. Rosati drachmas sex.
Mellis optimi despumati,
Sacchari albissimi ana uncias tredecim.
Misce ad lentum ignem & fiat *Electuarium*.

ELECTUARIUM DE OVO Maximil. I. Imp.

R. Ovum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id qvod vacuum est Croco Orientali non pulverisato imple, Vitellum non auferendo; Postea cum alio putamine iterum occlude, ne qvid transpiret, & lento igne vel post fornacem tamdiu assa in ollulâ, donec tota ovi testa nigrescere incipiat, diligenter cavendo ne Crocus comburatur. Exemptâ è testâ materia exiccetur, ut in mortario exqvisitissimè contundi, & in pulverem redigi qveat, addendo pulveris Sinapis albi qvantum prædicta omnia ponderant. Postea

R. Pulver. Dictamni albi,
Tormentillæ ana drachmas duas.
Myrrhæ,
Cornu Cervi,
Angelicæ,
Pimpinellæ,
Granorum Juniperi,
Zedoariæ,
Camphoræ ana unciam semis.

Misce omnia simul in mortario, & tandem adjice Theriacam optimam ad pondus omnium, ac iterum pistillo fortiter contunde & commisce, per tres qvasi integras horas agitando, deinde fiat *Electuarium* ut est artis.

REQVIES NICOLAI.

R. Rosarum rubearum,
Violarum ana drachmas tres.
Opii, [illegible]
Sem. Papaveris albi,

Sem.

Sem. Scariolæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Psyllij,
Cort. rad. Mandragoræ,
Nucis Moschatæ,
Cinamomi,
Zingiberis ana drachmam unam semis.
Sacchari candi drachmam unam.
Santali albi,
Rubri,
Spodii,
Tragacanthi ana scrupulos duos, grana qvinq;.

Sacchari & aqvæ Rosarum qvantum satis est. Qvod si triplum sumas, uncias exiges novem, & drachmas septem semis. Misceantur ac fiat *Opiatum*.

DIASATYRIUM NICOLAI.

R. Radicum Satyrii densarum,
Pastinacæ sativæ recentium,
Eryngii,
Nucis Indicæ,
Pinearum,
Pistaceorum ana unciam unam semis.
Caryophyllorum,
Zingiberis albi,
Sem. fraxini, seu lingvæ Avis,
Anysi,
Erucæ ana drachmas qvinqve.
Urticæ,
Cinamomi,
Caudarum & lumborum Scinci veri ana drachmas duas semis.

Moschi grana septem.
Brodii Zingiberis libras tres.

Radices Satyrij, Pastinacæ & Eryngii mundatæ, & in taleolas incisæ coqvantur ad mollitiem in Vino Malvatico optimo, postea pistentur ac conterantur ad pultis consistentiam, deinde affunde illis Brodii Zingiberis conditi libras tres, qvibus sic ad justam consistentiam redactis Pistachia ac Pineæ purgatæ ac tusæ adjiciantur cum reliqvis Speciebus tusis ac cribratis: In fine Moschus in particulâ Vini dissolutus admisceri potest, diligenter agitando donec justam acqvirant consistentiam.

DIASCORDIUM HIERONYMI Fraçastorei.

R. Cinamomi,
Casiæ ligneæ ana unciam semis.
Scordii nostratis unciam unam.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Bistortæ ana drachm. qvatuor.
Sem Acetosæ drachm. unam semis.
Gentianæ Drachmas qvatuor.
Boli armeni unciam unam semis.
Terræ Lemniæ unciam semis,
Piperis longi,
Zingiberis albi ana drachmas duas.

Redigantur in pulverem tenuissimum. *Opii* autem præparati *drachma una semis* in succo citri ad pultis formam dissolvatur, & per pannum lineum exprimatur: Dissolvantur etiam sigillatim *Galbani electi* & *Gummi Arabici* ana *drachmæ quatuor* in Vino vel aceto pulticulæ instar ac per pannum exprimantur, cui Galbano in patellâ super ignem lentissimum soluto alternatim mox de *Resinæ Styracis uncia semis* in aqva rosarum solutæ nonnihil calidæ aliqvot guttulæ instillentur, mox nonnihil de libris duabus semis *Mellis despumati*, mox etiam de pulveribus, &

Opio

Opio soluto parum addatur: Ultimò *Conservæ rosarum libra una cum Vini Rhenani libra semis* mixtæ adjungatur; hocq; continuandum donec omnia per vices admixta fuerint, semper agitando donec justam acqvirant consistentiam.

SOTIRELLA PARVA.

R. Olei Nucis Moschatæ expressi drachm. unam,
Opii Thebaici,
Specier. Diambræ ana drachmam semis.
Camphoræ,
Ol. vel extracti Croci ana grana sex.
Ol. Caryophyllorum distill. q. s.
Redigantur in formam *Opiatæ*.

CONDITA.

Arantia Integra,
Cortices,
Flores,
Berberes cum stipitibus,
sine stipitibus,
Calamus aromaticus,
Cerasa acida,
Cicri Caro,
Cortices,
Flores,
Cichorei radices,
Corna.
Cydonea,
Enula,
Eryngium,
Lactuca Hispanica,
Limones,
Mespila,
Myrobalani Chebuli,

Nuces Juglandes,
Moſchatæ communes,
Moſchatæ Luſitanæ majores.
Perſica,
Pimpinellæ radices,
Pyra Moſchatella,
Pruna hortenſia,
Sylveſtria,
Ribes,
Satyrionis radices,
Scorzonera,
Zingiber Chinenſe.
Vulgare.
Omnia diligenter Saccharo clarificato condiantur, ut eſt artis.

CONSERVÆ.

Abſinthii Romani,
Acetoſæ,
Acetoſellæ,
Acori Vulgaris,
Anthos,
Betonicæ,
Borraginis,
Bugloſſæ,
Calendulæ,
Cichorei,
Citrariæ,
Citri ex pulpa acida,
Cochleariæ,
Euphraſiæ,
Fumariæ,
Geniſtæ,
Hyſſopi,
Lavendulæ,

Majoranæ,
Menthæ,
Nymphææ albæ,
Papaveris erratici,
Herbæ Paralyseos,
Pœoniæ,
Rosarum albarum,
Damascenarum,
Rubearum simplex, & Vitriolata,
Rosmarini,
Rutæ,
Salviæ,
Sambuci,
Scabiosæ,
Scordii,
Tunicæ,
Tussilaginis,
Violarum.

Flores minutissimè incidantur, & singulis libris florum addantur Sacchari albissimi libræ duæ, iis scilicet qvi humidi ac mucilaginosi fuerint, ut Borraginis, Buglossæ & similium. Siccioribus verò, qvales sunt Rorismarini, Lavendulæ, Majoranæ, Melissæ & similibus addantur Sacchari albissimi libræ duæ semis, affusâ aliqvantulum Aqvâ stillaritiâ, ut commodius pistillo permisceri posint. Deinde Soli exponantur in benè obturato Vase, & interdum agitentur.

DIACYDONITES
Simplex.

℞. Pulpæ Cydoniorum vapore aqvæ dulcis ad spissitudinem coctorum.
Sacchari albissimi despumati, & ad spissitudinem justam cocti ana libras octo.

Coqvantur denuò, ut est artis, ad justam consistentiam, ut

posſint recondi ad ſcatulas : Vel fiant in formâ Electuarii ſpiſsi.

DIACYDONITES
Aromatiſatum.

R. Diacydonii Simplicis ad juſtam conſiſtentiam cocti libram unam.
Specierum Imperatoris ſine Moſcho unciam ſemis.
Seminis Coriandri præparati drachmam unam.
Flavedinis corticis citri recentis minutim inciſi drachmas qvinqve.
Miſceantur & fundantur in ſcatulas.



DIS

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DECIMA QVARTA,

Aqvarum compositarum & simplicium, Vinorum, & Acetorum compositiones & parandi modos exponens.

AQVA ANALEPTICA RULANDI.

R. Flor. rosarum rubear. Manipulum semis.
Zedoariæ,
Theriacæ ana unciam semis.
Seminis Citri,
Cardui benedicti ana drachmas tres.
Radicis Tormentillæ,
Corticum Citri,
Santali Citrini ana drachmam unam semis.
Camphoræ optimæ scrupulum unum, grana sex.
Succi Citrii pomi,
Aceti rosacei optimi ana libram unam uncias tres.

Misceantur omnia simul & macerentur in B. M. per duos dies naturales, postea in duplici Vase hermeticè clauso destillentur. Præparetur etiam sine camphora pro iis qvi camphoram aversantur.

AQUA ANTIARTHRITICA VEL BALSAmus Arthriticus D. Danielis Sennerti.

R. Gummi hederæ Uncias duas,
Elemi,

Galbani

Galbani ana uncias qvatuor.
Concisa misce ac infunde in
Spiritus Terebinthinæ,
Olei Baccarum Juniperi ana libra semis.
Digerantur in loco moderatè calido & vitro clauso donec solvantur: Colentur per setaceum. Remanentiis affunde
Vini Rhenani libras duas.
Digere iterum in loco calido per diem & noctem Vase clauso: Cola per setaceum cum leni expressione, colaturas conjunge & adde,
Aqvæ Lavendulæ Uncias sex.
Destilla per retortam vitream ex cineribus igne moderato, sæpè mutando vas recipiens, ut qvi primò exstillat liqvor albicans cum innatante Spiritu limpido seorsim excipiatur.

AQUA ANTIDOTALIS ALEXIPHARmaca D.D. Petri Andreæ Matthioli.

R. Antidoti Matthioli libram semis,
Spiritus Vini qvàm optimè rectificati libras duas semis.
Indantur vasi vitreo capaci, & vasis ore diligenter obturato simul agitentur donec dissolvantur, idq; per mensem fiat, singulis hebdomadibus bis agitationem reiterando. Tum verò Electuarium in vasis fundo residere permittatur, ut Spiritus supernatans aureoq; colore tinctus clarescat, qvi paulatim in aliud vitrum effundatur, & à turbida fæce segregetur, vas verò accuratissimè clausum, ne qvid expiret, custodiatur. Huic Spiritui ita clarificato affundatur
Syrupi de Corticibus citri libra semis.
Postea vitrum agitando benè commisceantur ac usui reserventur.

AQVA ANODYNA USUALIS.

R. Mumiæ,

Masti-

Mastiches,
Thuris,
Myrrhæ ana uncias duas,
Gummi Ammoniaci,
Bdellii,
Opopanacis,
Tartari ana unciam unam semis.
Mellis,
Vitriol. Romani ana libras duas.
Spiritus Vini libras sex.

Destillentur per alembicum in receptaculum amplum cum qvintuplici cohobatione.

AQUA APOPLECTICA.

R. Flor. Liliorum Convallium,
Primulæ veris,
Tiliæ ana Unciam unam semis.
Lavendulæ,
Pœoniæ,
Cheiri,
Calendulæ,
Rorismarini ana Unciam semis.
Herb: Rorismarini,
Salviæ,
Bethonicæ,
Majoranæ,
Balsamitæ,
Menthæ crispæ,
Melissæ,
Thymi ana Manipulum unum.
Radic: Pœoniæ Unciam unam semis,
Calami Aromatici,
Galangæ ana Drachmas tres,
Dictamni albi,

Gentianæ,
Angelicæ ana Drachmas tres,
Visci Qvercini,
Ligni sassafras,
Rhodii ana Drachmas sex,
Santali Citrini,
Corticum Aurantiorum,
Citri ana Drachmas tres.
Semin: Ammeos,
Coriandri,
Citri,
Seselios ana Drachmas duas,
Pæoniæ,
Erucæ,
Granor: Juniperi,
Baccarum Lauri ana Unciam unam,
Stœcad: Arabicæ,
Spicæ Celticæ ana unciam semis,
Castorei drachmas duas,
Cubebarum,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Nucis Moschatæ ana drachmas qvinqve.
Costi veri,
Piperis longi,
Nigri ana drachmas duas,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Macis ana unciam semis,
Croci drachmas duas,
Cinamomi unciam unam semis.

Incisa & grosso modo contusa infundantur in Spiritus Vini libris viginti tribus & unciis qvatuor, per qvatuor dies: Postea secundum artem destillentur.

AQVA ARTHRITICA
D. JACOBI JANI.

R. Baccarum Juniperi libram unam ſemis.
Lauri uncias octo.
Flor: Lavendulæ,
Spicæ ana Drachmas ſex,
Sambuci Unciam unam ſemis.
Verbaſci,
Chamæmeli Romani,
Cheiri,
Stæcad: Arabicæ,
Meliloti Citrinæ,
Albæ ana unciam unam.
Herb: floridarum Pulegij,
Polij Montani veri,
Majoranæ,
Thymi,
Calendulæ,
Roriſmarini,
Salviæ minoris,
Urticæ minoris ſemine prægnantis ana unciam unam ſemis.
Leviſtici unciam unam,
Radic: Acori veri.
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ ana unciam unam,
Styracis Liqvidæ uncias duas.
Infunde in
Spiritus Vini optimi libris qvatuordecim,
Vini Hiſpanici libris ſex.

Stent in infuſione vaſe vitreo probè tecto qvatridui ſpatio. Inſtituatur deſtillatio in Balneo Mariæ & colligatur aqva Spirituoſa.

Pondus adſcriptum reſpicit ingredientia ſicca. Augendum ergò erit ſi eaſdem herbas & flores virentes aſſumere libuerit.

AQVA CONTRA CALCULUM uſualis.

R. Raphani recentis cum toto, verno tempore collect.
Petroſelini recentis cum toto ana libram unam ſemis,
Urticæ minoris recentis libram unam,
Baccarum Juniperi libram unam ſemis,
Seminis Milij Solis Uncias duodecim,
Contuſa & inciſa infundantur in
Vini Hiſpanici libris viginti qvatuor,
per viginti qvatuor horas. Deinde deſtillentur ſecundum artem.

AQVA CARMINATIVA D. JACOBI FABRICII.

R. Raſuræ Ligni Saſſafras,
Galangæ,
Seminis Aniſi,
Carvi,
Dauci,
Fœniculi,
Sileris Montani,
Baccarum Lauri ana Unciam ſemis,
Florum Chamæmeli Romani ana uncias qvatuor.
Groſſo modo pulveriſentur & digerantur cum
Spiritus Vini rectificati Libris ſex,
per triduum, qvotidiè ſemel atq; iterum agitando. Qvo tempore exacto adde
Aqvæ Cinamomi cum floribus Cordialibus deſtillatæ libras qvinqve.
Deſtilla per Balneum Mariæ.

Rema-

Remanentia fortiter exprimatur, & rursus ad dimidium vel consistentiam mellaginis destilletur.
In hoc destillato liqvore dissolve
Sacchari libram unam semis,
Et immisce priori destillato. Remanentia post expresſionem calcinetur, & cum Aqva Melissæ sal ejus extrahatur, & similiter in destillatione posteriore solvatur, sicq; destillato priori admisceatur.

AQVA CEPHALICA CAROLI QVINTI.

R. Flor. Anthos,
Salviæ,
Lilior. Convall.
Lavendul.
Rosar. rubear.
Summ. Majoranæ ana Manip. qvatuor.
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Macis,
Cardamomi,
Cubebarum,
Gran. Paradisi ana unciam unam.
Incidantur & contundantur omnia grosso modo, infundantur Spir. Vini optimi libr. duodecim,
Stent loco calido per dies sex, postea destillentur: destillato iterum infunde novas species & destilla secunda vice.

AQVA CORDIALIS TEMPERATA.

R. Cinamomi acutissimi uncias tres,
Corticum Citri exteriorum unciam semis,
Ligni Aloes optimi,
Cassiæ ligneæ veræ,
Santalorum omnium ana drachmas duas,

Seminis Ocymi Caryophyllati,
Acetosæ ana drachmas tres,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschatæ ana drachm. unam semis,
Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Cardamomi,
Spicæ Indicæ, ana drachmam unam,
Cuspidum succulentorum Cornu cervi junioris & recenter capti uncias qvatuor.

Incisa & trita irrorentur in phiala vitreata aspersis succi Limonum crudi colati unciis sex.

Stent ita per noctem, tunc affunde
Vini Malvatici,
Granatorum acido-dulcium,
Succi pomorum subacidorũ crudi & colati,
De Rubo Idæo ana libram unam,
Aqvar: Borraginis,
Buglossæ ana libram unam semis,
Rosarum,
Violarum, ana libram unam,
Acetosellæ,
Cerasorum nigrorum,
Melissæ ana libram semis.

Addendo
Flor: Rosarum rubear. uncias qvatuor & semis,
Borraginis,
Buglossæ,
Anthos ana unciam semis,
Croci Austriaci scrupulos duos.

Macerentur infusa in vase vitreo probè clauso diebus octo, deinde diligenter alembici osculis occlusis, ne qvid evaporet,

per

per balneum artificiosè destillentur, collectus subindè & in aliud vitrum reconditus liqvor usui asservetur, in cujus media parte suspendatur sacculus, in qvo

Ambræ gryseæ veræ,
Moschi orientalis ana grana septem contineantur.

Reliqva medietas servetur incompleta.

AQVA CINAMOMI CUM AQ. CORDIALIBUS.

℞. Cinamomi opt. libras duas, Uncias octo.
Pomor. Citri num. duodecim.
Fl. Rosarum manip. qvatuor.
Vini Rhenani lib. duodecim.
Aq: Borraginis,
Buglossæ,
Rosarum, ana libras qvatuor.

Destillentur l. a.

AQVA EPILEPTICA LANGII.

R. Florum Liliorum convallium Manipulos duodecim.
Superfundatur mensura una semis Vini Cretici aut Moschatellini, aut alterius generosi, in eoq; per dies qvinqve infusa maneat, mox vitreis organis tepentis aqvæ balneo destillentur.
Deinde

R. Cinamomi drachmas sex,
Nucis Moschatæ unciam semis,
Piperis longi drachmas duas,
Florum Lavendulæ unciam unam,
Rorismarini,
Stœchados ana unciam semis.
Cubebarum drachmas duas,
Visci Qvercini,
Rad: Pœoniæ,
Dictamni nostratis ana unciam semis.

Omnia

Omnia craſsiuſculè contrita, rurſus in ſuperiore Vino per dies octo macerentur loco aprico, poſtmodum deſtillentur ut ſupra.

AQVA HIRUNDINUM
Compoſita Major.

R. Pullorum hirundinum vivo corpore diſcerptorum numero qvadraginta,
Caſtorei unciam unam ſemis,
Seminis Pœoniæ,
Radicis ejusdem,
Viſci Qvercini ana uncias duas,
Radicis dictamni albi unciam unam,
Fol: Rutæ,
Flor: Sambuci,
Tiliæ,
Liliorum Convallium,
Anthos,
Paralyſeos ana Manipulum unum,
Cinamomi acuti drachmas tres,
Cubebarum,
Macis,
Ligni Aloes ana drachmas duas,
Vini albi odoriferi libras octo,
Aceti ſcillitici libras duas.

Macerentur per triduum in vaſe vitreo probè clauſo, poſtea lento igne per cineres aut Balneum Mariæ deſtillentur; Liqvori ſtillaticio poſtmodum adde
Spiritus Vitrioli rectificati & ex arte præparati qvantum ſatis pro acore.

AQVA HYSTERICA
D. J. FABRICII.

R. Caryophyllorum,
Cinnamomi electi
Zinziberis,

Nuc:

Nuc: Moſchat. ana drachm. ſex.
Cort: Citri,
Aurantiar. ana Unc. ſemis.
Spicæ Indicæ, ſcrup. qvatuor.
Herb: Scariolæ,
Pulegii,
Scordij,
Meliſſæ,
Menthæ,
Abrotan: Fœm.
Matricar: ana uncias duas.
Salviæ Uncias octo.
Majoranæ Unciam ſemis.
Summ: flor: Anthos Uncias qvatuor.
Caſtorei veri non putridi Unciam unam.
Vini aduſti libras ſex.
Rhenani. Libr. ſexdecim.
Digerantur per triduum loco calido, poſteà deſtillentur ſ.a.

AQVA MASTICHINA.

R. Maſtiches uncias qvatuor,
Macis elect. uncias duas,
Caryophyllorum unciam unam,
Cinamomi unciam ſemis.
Pulveriſentur omnia & commiſceantur, deinde affundantur illis
Vini Malvatici libræ duæ.
Stent in infuſione per triduum, poſtea deſtillentur in arena igne lento, donec aqvoſus humor exierit, deindè fortiori, ultimò vero fortiſsimo, & qvilibet liqvor ſervetur ſeorſim.

AQVA PECTORALIS
D. Danielis Sennerti.

R. Herb: Veronicæ,
Scabioſæ ana Manipulos duos,

Capillorum Veneris,
Hyſſopi,
Salviæ,
Marrubij ana Manipulum unum,
Radic: Ireos Florentinæ,
Glycyrrhizæ,
Eryngii,
Helenii,
Fœniculi ana Unciam ſemis.
Cinamomi optimi,
Granorum Juniperi ana drachmas tres.

Affunde Spiritus Vini optimi qvantitatem ſufficientem. Stent in infuſione per dies qvatuordecim, poſtea deſtillentur. Deſtillatum funde ſuper

Dactylos Numero decem,
Jujubas,
Sebeſten ana Numero triginta,
Ficus Numero decem,
Paſſularum minorum
Majorum exacinatarum ana uncias duas.

Digerantur & filtrentur.

AQVA PRO EPITHEMATE CORDIS.

R. Roſarum rubearum odoratiſsimarum Unciam unam,
Santalorum omnium ana drachmas duas,
Iridis Florentinæ drachmas tres,
Corticum Arantiorum,
Citriorum ana Unciam unam.
Aqvæ Roſarum libras qvatuor,
Vini odorati libram unam ac dimidiam,
Aceti Roſacei libram unam.

Inciſis

Incisis & contusis omnibus, infundantur & destillentur secundum artem.

AQVA SCORBUTICA
D. OLAI WORMII.

R: Radic. Raphani sylvestris in orbiculos concis. libras qvatuor,
Scorzoneræ Hisp. Uncias duas,
Corticum Rad. Capparum,
Tamarisci ana Unciam semis,
Folior: Cochleariæ,
Nasturtij aqvatici,
Beccabungæ ana Manipulos tres,
Chelidoniæ min.
Sedi minoris ana Manipulos duos,
Semin: Cochleariæ,
Cardui Benedicti,
Aqvilegij,
Fœniculi ana drachmas tres,
Granor: Paradisi,
Cardamomi ana drachmam unam,
Incisis & contusis affunde
Vini Rhenani libras duodecim,
Seri lactis Caprini libras duas,
Aqvæ Cochleariæ,
Fumariæ ana libram unam.
Stent in digestione & destillentur per Balneum Mariæ.

AQVA SCORBUTICA
TANCREDI LÆLII.

R. Radic: Fœniculi,
Myrrhidis,
Petroselini,
Eringij,

Enulæ Campanæ,
Ireos Illyricæ ana unciam ſemis.
Cortic: Tamariſci,
Capparum,
Radic: Aſari ana unciam ſemis.
Herbar: Naſturtij aqvatici,
Numulariæ,
Cochleariæ,
Anagallidis aqvaticæ ana Manipulum unum,
Cuſcutæ,
Scolopendriæ,
Flor: Borraginis ana Pugillum unum,
Semin: Naſturtij,
Aqvilegiæ,
Aniſi ana drachmas duas,
Cinamomi Unciam unam.
Infundantur in Vini Rhenani libris qvinqve: Deinde adde
Aqvæ Cochleariæ,
Anagalladis aqvaticæ ſeu Becabungæ ana libram unam,
Seri lactis libras duas.
Deſtilla per Balneum Mariæ.

AQVA SCORBUTICA QVERCETANI.

R. Cortic: Capparum,
Fraxini,
Tamariſci,
Polypodij Qverni ana uncias duas.
Herb: Cochleariæ,
Naſturtii aqvatici,
Summitatum Meliſſæ,

Eupa-

Eupatorij Mesuæ,
Ceterach,
Chamædrios,
Chamæpytios, ana Manipulos duos,
Semin: Fœniculi,
Anisi,
Cardui benedicti ana Unciam semis,
Flor: Genistæ,
Centaurij minoris,
Hyperici,
Sambuci,
Epithymi ana pugillos duos.
Omnia macerentur per tres dies in
Aqvæ Fumariæ,
Seri lactis ana libris tribus,
Vini Malvatici generosi libris qvatuor,
Oxymelitis scillitici libra una.
Dein colentur & exprimantur: Expressioni adde
Trochiscorum de capparibus,
Dialaccæ ana drachmas sex,
Demum destillentur per cineres ad siccitatem.

AQVA STOMACHICA.

R. Cinamomi acutissimi,
Caryophyllorum ana drachmas decem,
Calami aromatici,
Galangæ ana unciam unam,
Zedoariæ,
Zinziberis ana drachmas sex,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Baccar: lauri decorticat: ana unciam semis,
Costi Arabici,
Piperis longi,

Nigri,
Semin. Anisi,
Fœniculi ana drachmas tres,
Masstiches electa,
Olibani electæ,
Myrrhæ ana drachmas duas semis,
Cortic: Arantiorum,
Citri ana drachmas duas,
Ligni Aloes optimi drachmam unam semis.
Santali albi,
Citrini ana drachmam unam,
Incidantur grosso modó & contundantur, mixtis omnibus superfundantur
Vini Malvatici mensuræ qvatuor.
Macerentur per octiduum in vitro benè clauso, deinde destillentur in Balneo Mariæ: Liqvor egressus servetur usui.

AQVA THERIACALIS BEZOARDICA,

R. Radic: Valerianæ,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Bardanæ,
Gentianæ,
Petasit: ana unciam unam semis,
Angelicæ,
Dictamni albi ana unciam unam,
Enulæ campanæ,
Zedoariæ,
Aristolochiæ rotundæ ana unciam semis,
Cortic: median: Fraxini Manipulos qvatuor,
Herb: Betonicæ,
Veronicæ,

Scabiosæ,
Cardui Benedicti,
Hyssopi ana Manipulum unum & semis,
Acetosæ,
Agrimoniæ,
Fumariæ,
Rutæ,
Centaurij minoris ana Manipulum unum.

Incidenda incidantur & contundenda contundantur ac infundantur in

Vini albi Neccarici mensuris qvatuor.
Aq. Valerianæ,
Scabiosæ,
Acetosæ ana mensura una.

Destillentur omnia lento igne in Alembico benè occluso. In destillato liqvore per aliqvot dies iterum infundantur

Theriacæ Andromachi & communis ana uncia una (semis.
Electuarij de ovo uncia una,
Boli Armenæ pulverisatæ uncia semis,

Vitrumq; benè obturatum qvotidie aliqvoties commoveatur: Postea immotum relinqvatur, ut liqvor supernatans per lentam inclinationem & effusionem in aliud Vas à subsidente turbida materia separari ac ita usui reservari possit.

AQVA VITÆ COMPOSITA.

R. Cinamomi electi unciam semis,
Zingiberis unciam unam,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ,
Granorum Paradisi ana unciam semis,
Ligni Aloes,
Macis,
Piperis longi ana drachmas duas,
Flor; Salviæ odoratæ libram unam,

Carda-

Cardamomi,
Maſtiches,
Cubebarum,
Calami Aromatici,
Galangæ ana drachmam unam ſemis,
Flor: Roſarum rubearum drachmas duas,
Citrariæ unciam ſemis,
Corticum citri drachmas ſex,
Baccarum Lauri unciam ſemis,
Stœchados Arabicæ drachmas qvatuor,
Roriſmarini,
Majoranæ,
Lavendulæ,
Meliſſæ,
Betonicæ, ana drachmas ſex,
Rutæ unciam ſemis,
Caſtorei,
Spicæ Indicæ ana drachmam unam.

Pulveriſentur omnia groſſo modo, & infundantur per decem dies in vini ſublimati optimi libris decem. Deſtillentur lento igne in Alembico benè obturato, cui infundatur in petia
Ambræ cineritiæ,
Moſchi Alexandrini ana drachma ſemis.

Servetur optimè ne evaporet.

AQVA VITÆ ALBA SAXONICA REFORMATA.

R. Herb: Baſilici ſeu Ocymi majoris, vel in ejus defectu, minoris Caryophyllati, & ſi hoc qvoq; deſit, Medij Citrati,
Meliſſæ,
Roriſmarini,
Calaminthæ Mont: nobilis,
Pulegij,
Majoranæ,
Salviæ minoris,

Arthe-

Arthemisiæ cum floribus,
Absinthij Pontici,
Scordij veri nostratis,
Betonicæ,
Veronicæ ana unciam unam semis,
Menthæ crispæ moschatæ odoratissimæ uncias duas,
Cardui Benedicti,
Hyssopi cum floribus,
Satureiæ,
Polij montani veri,
Serpilli Citrati ana unciam unam,
Herb: Agerati cum floribus,
Chamæpityos,
Matricariæ cum floribus,
Rutæ hortensis ana drachmas sex,
Flor: Sambuci unciam unam,
Salviæ drachmas sex,
Stœchados Arabicæ,
Primulæ veris nobilis odoratissimæ,
Borraginis,
Buglossæ, ana unciam unam,
Spicæ Celticæ,
Rorismarini,
Cheiri,
Tunicæ rubræ odoratissimæ,
Spicæ nostratis,
Centaurij minoris,
Calendulæ,
Chamæmeli Romani,
Scabiosæ,
Cyani Indici odoratiss. ana drachmas sex,
Rosarum rubearum,
Incarnatarum ana unciam unam semis,

Radic: Enulæ,
Ireos florentinæ ana uncias duas,
Pimpinellæ unciam unam,
Meu,
Valerianæ majoris ana unciam semis,
Zedoariæ,
Angelicæ ana unciam unam,
Levistici,
Petasit.
Calami aromatici,
Cyperi longi,
rotundi ana drachmas sex,
Flavedin: Corticum Citri uncias duas semis,
Aurantiorum uncias duas,
Cortic: Cydoniorum malorum,
Baccarum Juniperi ana unciam unam semis,
Dictamni Cretici,
Thymi Cretici,
Origani Cretici,
Lauri foliorum ana unciam unam,
Cinamomi acutissimi uncias qvatuor semis,
Caryophyllorum uncias duas semis,
Cassiæ ligneæ veræ,
Costi aromatici veri ana unciam unam,
Macis,
Nucis Moschatæ ana unciam unam semis,
Cardamomi drachmas decem,
Cubebarum drachmas sex,
Piperis longi,
nigri,
Croci optimi ana drachmas qvinqve,
Spicæ Indicæ drachmas sex,
Semin. Anisi,
Fœniculi,

Coriandri ana unciam unam,
Carvi,
Anethi, ana unciam ſemis,
Nigellæ,
Leviſtici,
Sileris Montani,
Ocymi Majoris cujus ſemen odoratum,
Angelicæ,
Ammios ana unciam ſemis,
Ligni Rhodij,
Saſſafras cum corticibus ana uncias duas ſemis,
Santali Citrini unciam unam.

Inciſa omnia & contuſa infundantur in Spiritus Vini optimi ex Vino Hiſpanico deſtillati libris ſexaginta octo,
Spiritus ex Baccis Sambuci libris duabus,
Aqvæ Roſarum generoſæ libris ſex,
Liliorum Convallium ex floribus cum vino deſtillatæ,
Florum Aurantiorum ex Hiſpania allatæ,
Flor. Tiliæ ana libris duabus.

Stent in infuſione diebus circiter qvatuordecim vel diutius. Inſtituatur deſtillatio & colligatur Aqva Vitæ Spirituoſa generoſior, qvæ primò exit. Hinc altera minus generoſa, attamen tota ſpirituoſa.

Inter deſtillandum Alembico imponatur Nodulus, cui incluſa ſit
Moſchi Alexandrini uncia ſemis,
Ambræ gryſeæ drachmæ ſex.
Facta deſtillatione idem Nodulus immergatur,
Aqvæ Vitæ priori & generoſiori, cui etiam
Folia Auri Numero Centum,

Inijciantur, non qvod Viribus Aqvæ Vitæ multum ex his accedat, ſed qvod Magnates taliter exornatam & ſplendidam cupiant.

AQVA VITÆ CONTRA CALCULUM D. HENNINGI ARNISÆI.

R. Rad. Enulæ,
Pimpinellæ,
Leviſtici,
Liqviritiæ ana uncias duas,
Petroſelini uncias qvatuor,
Pyrethri unciam unam,
Semin. Milij Solis,
Saxifragiæ,
Aniſi,
Fœniculi,
Urticæ ana drachmas ſex,
Gran: Alkekengi,
Baccar: Lauri ana unciam unam.
Incidantur & infundantur omnia in Spiritus Vini libris viginti una.
Poſtea deſtilletnur per Balneum Mariæ. In deſtillato liqvore per aliqvot dies digerantur
Raſuræ Ligni Rhodij drachma una,
Moſchi grana ſex,
In tenui linteolo colligata. Ultimò admiſceatur
Sacchari clarificati qvantitas ſufficiens, ac uſui reſervetur.

BALSAMUM EMBRYONUM.

R. Nucis Moſchatæ uncias tres & ſemis,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis albi,

Cube-

Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Zedoariæ ana uncias duas,
Macis unciam unam semis,
Galangæ drachmas sex,
Croci drachmas duas,
Flor. Tiliæ,
Tunicæ ana libram unam,
Herb: Salviæ,
Carvi,
Fœniculi,
Verbenæ,
Lavendulæ, ana uncias tres,
Menthæ Crispæ,
Rad. Pœoniæ & seminis ejusdem,
Visci Qvercini decrescente Luna collecti ana uncias duas,
Rosarum Damascenarum uncias qvatuor,

Herbæ & radices incidantur minutim, aromata vero crassiusculè pulverisentur omniaq; commisceantur, & affusis

Vini Malvatici boni mensuris qvinqve,
Aqvar. Rosarum albarum,
Buglossæ ana Unciis octodecim,
Fragorum,
Liliorum Convallium ana unciis septendecim,
Borraginis,
Verbenæ,
Fœniculi,
Salviæ ana librâ unâ,

In vase fictili vitreato probè clauso ne qvid expiret, sepeliantur in vinaria cella subtus terram, stentq; ibi in digestione per hebdomadas tres. Postea omnia secundum artem destillentur.

ELIXIR VITÆ MATTHIOLI.

R. Cinamomi unciam unam,
Zingiberis drachmas qvatuor,
Santalorum omnium ana drachmas sex,
Zedoariæ unciam semis,
Galangæ,
Nucis Moschatæ ana drachm. duas & semis.
Macis,
Cubebarum ana drachmam unam,
Cardamomi utriusq;,
Semin: Melanthii ana drachmas tres,
Anisi,
Fœniculi dulcis,
Pastinacæ sylvestris,
Ocymi,
Rad. Angelicæ,
Caryophillatæ,
Glycyrrhizæ,
Calami odorati,
Phu minoris,
Fol: Selareæ,
Thymi,
Calaminthæ,
Pulegij,
Menthæ,
Serpylli,
Amaraci ana drachmas duas,
Flor: Rosarum rubearum,
Salviæ,
Bethonicæ,
Rorismarini,
Stœchados,
Buglossæ,
Borraginis ana drachmam unam semis,
Corticum Citri drachmas tres.

Terantur qvæ terenda ſunt & deindè in vitreo vaſe macerentur ex libris duodecim aqvæ vitæ præſtantiſsimæ è ſelectiſsimo vino paratæ, occluſo ſubinde vaſis oſculo diebus qvindecim continuis: ac deinde vitreo Alembico Vaſi ſuperpoſito, per aqvæ ferventis Balneum à perito artifice deſtillentur, oſculis alembici adeò concluſis, ut nihil inde exſpirare poſsit. Aqva qvæ inde fluxerit in aliud ſubinde vas recondatur & cum

Santali odorati teſſelatim conciſi drachmis duabus,
Moſchi &
Ambræ in tenui linteolo colligator: ana ſcrupulo uno ſemis,

Per octo dies infuſa relinqvatur, interimq; vas diligenter obturatum qvotidiè parum agiteeur. Poſtmodum additâ

Julepi roſati clariſsimi librâ unâ, Omnia hæc fortiter concutiantur qvousq; Julepus cum aqva miſceatur, claudaturq; deinde vas cera & membrana, ac ita qvieſcat diebus qvindecim continuis. Ultimò in aliud transferatur vitrum, ibiq; aſſervetur pro uſu.

LAC VIRGINEUM.

R. Aluminis crud. uncias qvatuor,
Decoqvatur ad tertias in aqvæ fontanæ libris duabus.
Poſtea
R. Lithargyri libram ſemis,
Aceti Vini libram unam ſemis.
Decoqvantur ad remanentiam libræ unius: colentur & commiſceantur ambæ aqvæ, ac ſpatula tamdiu agitentur donec albeſcant.

LIQVOR STOMACHALIS D. JACOBI FABRICII.

R. Galangæ minoris,
Seminis Aniſi ana uncias duas,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ ana unciam unam;

Rorismarini,
Menthæ Crispæ ana unciam semis,
Calami aromatici,
Zingiberis albi,
Rosarum rubearum ana drachmas tres,
Cinamomi electi uncias qvatuor.

Crassiusculè incisa & contusa infundantur in Spiritus
Vini semel rectificati libris duodecim.

Postea ad dimidiam partem destillentur. Destillato liqvori admisceantur

Sacchari finissimi libræ duæ,
In Vini albi optimi libris tribus dissoluti & ad formam syrupi cocti.

Servetur usui.

TINCTURA ROSARUM SICCARUM.

R. Flor: rosarum rubearum unciam semis,
Aqvæ Fontanæ puræ libras duas,
Spiritus Vitrioli vel sulphuris rectificati drachmam semis.

Stent simul in Balneo Mariæ tepido per horas qvatuor: postmodum in colatura rubicundissima dissolvantur

Sacchari finissimi unciæ sex,

& denuo per chartam bibulam trajiciantur.

AQVÆ CUM VINO.

Aqva Cardui Benedicti,
Cinamomi,
Lavendulæ,
Liliorum Convallium,
Melissæ,
Pulegij,
Veronicæ,
Zedoariæ.

AQVÆ DESTILLATÆ SIMPLICES.

Aqva Acetosæ,
Acetosellæ,
Agrimoniæ,
Angelicæ,
Artemisiæ,
Aurantiorum ex floribus,
Balsami,
Becabungæ,
Betonicæ,
Betulæ arboris,
Borraginis,
Buglossæ,
Bursæ Pastoris,
Cardui Benedicti,
Cardui Mariæ,
Caudæ Eqvinæ,
Centaurij,
Centinodij,
Chelidonij Majoris,
Cerasorum nigrorum,
Chærefolij,
Chamomillæ,
Cichorij,
Cinamomi,
Cochleariæ,
Consolidæ regiæ,
Cornu Cervi ex apicibus,
Cyani,
Ebuli ex baccis,
Endiviæ,
Euphrasiæ,
Eupatorij Mesues sive Agerati,
Aqva Fabarum ex floribus,
corticibus,
Farfaræ,
Fœniculi,
Fragorum ex fructu,
Fumariæ,
Gentianæ ex radicibus,
Graminis,
Hederæ terrestris,
Hirundinum,
Hyssopi,
Ivæ artheticæ,
Lactucæ,
Lapathij acuti,
Lavendulæ,
Levistici,
Linariæ,
Liliorum convallium ex floribus,
Liliorum alborum ex floribus,
Ligustri florum,
Majoranæ,
Malvæ,
Matricariæ,
Mellis,
Meliloti,
Melissæ utriusq;
Menthæ,
Mercurialis,
Nymphea ex floribus albis,
Nasturtii,
Omnium florum,

Aqva Ononidis,
Papaveris utriusq;
Petroselini,
Pœoniæ ex floribus,
Pulegij,
Primulæ veris ex floribus in pelliculis,
Picarum,
Plantaginis utriusq;,
Portulacæ,
Prunellæ,
Rosarum utrarumq;,
Raphani ex radicibus,
Roris Majalis,
Roris marini,
Rutæ,
Salviæ utriusq;,
Sambuci ex floribus & uvis
Saxifragiæ,

Aqva Scabiosæ,
Scordij,
Sempervivi majoris,
Sigilli Salomonis,
Solatri,
Spermatis Ranarum,
Sqvamariæ,
Saturegiæ,
Spicæ ex floribus,
Taraxaci,
Tiliæ ex floribus,
Tormentillæ,
Tunicæ ex floribus,
Valerianæ,
Veronicæ,
Violarum ex floribus,
Vitium lacrymarum,
Urticæ,
Zedoariæ.

VINA MEDICATA.

Vinum Berberorum,
Cydoniorum,
Granatorum,
Ribium.

ACETUM DE LITARGYRO.

R. Lithargyri subtilissime triti libram unam,
Aceti fortissimi libras duas.

Stent simul in infusione per tres vel qvatuor dies, sæpius interdiu agitando. Post macerationem, residere finito & clarissimum reservetur pro usu.

ACETUM SCILLITICUM.

Scillæ præparatæ laminas inter corticem & cor medias, acu lignea

lignea filo consutas, tanto intervallo ne se contingant, siccabis in umbra dies qvadraginta: Postea concisam cultello ligneo libram unam dies alios qvadraginta insolabis in aceti boni (videlicet albi antiqvi) libris octo, in vase vitriato stricti orificij benè obturato; postmodum colabis & uteris.

Nicolaus sumit

Scillæ pane involutæ & in clibano assatæ seu coctæ libram unam semis,

Aceti acerrimi libras septem,

ac in vase vitreato per dies qvadraginta insolat. Si verò accelerare cogeris, sepeli vas in calido cinere vel sabulo, non repentè sed paulatim, horarum aliqvot spatio intercedente.

ACETUM THERIACALE

R. Rad. Chelidonij majoris unciam unam semis,
Angelicæ,
Ostrutij,
Gentianæ,
Bistortæ,
Valerianæ,
Pimpinellæ,
Dictamni albi,
Carlinæ,
Zedoariæ ana drachmam unam,
Plantaginis majoris drachmam unam semis,
Fol. Scordij,
Cardui Benedicti,
Dictamni Cretici ana pugillos duos,
Cortic. & sem. Citri ana drachmam unam semis,
Granorum Juniperi drachmas duas,
Nucleor Nucum Juglandium unciam semis,
Santali Citrini drach. semis.

Infundantur omnia in sufficienti qvantitate aceti Rutacei ac simul in vitro probè clauso infusa permaneant.

ACETUM BEZOARDICUM.

R. Radic. Petasit.
Valerianæ,
Angelicæ ana drachmas sex,
Zedoariæ unciam semis,
Cortic: Citri siccat. unciam unam,
Baccar: Juniperi uncias duas,
Herb: Rutæ,
Scordij ana Manipulos duos,
Flor: Calendulæ,
Rosarum rubearum ana Manipulum unum.
Myrrhæ electæ drachmas duas,
Camphoræ Scrupulos duos.

Incisis & contusis affunde aceti vini sufficientem qvantitatem ad eminentiam qvatuor digitorum. Digere, & Colaturam usui repone.

ALIA ACETORUM SIMPLICIUM GENERA.

Acetum Caryophyllatum seu ex floribus Tunicæ,
Rosaceum,
Rutaceum,
Sambucinum,
Calendularum ex floribus.



DIS-

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DECIMA QVINTA.

Complectens

OLEORUM COCTORUM ET EXPRESSORUM SERIEM.

OLEA COCTA.

OLEUM ABSINTHII.

R. Olei omphacini libras tres,
Comarum Abſinthij Pontici,
Succi ejusdem ana uncias qvatuor,
Roſarum rubearum unciam ſemis.

Macerentur per triduum ad Solem aut in loco calido in vaſe probè clauſo, deinde in cucurbita vitrea, impoſito alembico & applicato receptaculo, juncturisq; ſtudiosè clauſis, coqvantur ad conſumptionem aqvoſitatis. Oleum verò poſt coctionem in cucurbita remanens à ſpeciebus ſibi infuſis per fortem expreſsionem ſeparetur, hisq; abjectis recentibus imbuatur, ac ſimili modo macerentur, coqvantur & exprimantur, idq; tertia vice reiteretur. Qvo facto qvicqvid humiditatis receptaculum in his tribus coctionibus excepit, id priori oleo optimè expreſſo & colato iterum reddatur, ſimulq; in leni calore parumper digerantur: ita enim omnis aqvoſitas fundum petet, oleumq; ſupernatabit, qvod demum per inclinationem vaſis ab aqva ſubſidente ſeparetur. Oleum verò reſiduum, qvod aqvæ adhæret nec per inclinationem ſeparari poteſt, ad conſumptionem omnis aqvoſitatis coqvatur, colatumq; oleo per inclinationem ſeparato admiſceatur.

OLEUM ANETHINUM.

Hoc oleum fit ex floribus & folijs Anethi recentibus ac oleo claro non rancido. Flores & folia incidantur ac contundantur, deinde in oleo per tres dies ad solem aut in loco aliqvo calido & vase optime clauso macerentur: postea fortiter exprimantur, & abjectis floribus & folijs expressis, recentia injiciantur, atq; iterum tribus diebus macerentur: denuo exprimantur idq; tertia vice repetatur. Ultimò oleum hoc optimè expressum & colatum in leni calore digeratur, ut omnis aqvositas ad fundum vasis descendere, oleumq; per inclinationem ab aqvosis fæcibus separari possit.

OLEUM ARANEARUM MINDERERI.

R. Olei Nymphex,
Lumbricorum terrestrium ana uncias sex.
Hypericonis uncias duas,
Folior. Rutæ recentis & incisæ,
Flor. Sambuci recentium ana manipulum unum semis,
Aceti Rosacei,
Calendulæ ana uncias tres,
Aranearum pingvium & magnarum numero qvadraginta qvinq;

Decoqvantur & præparentur, ut dictum est de Oleo Absynthij: unica tamen infusio hic sufficit. In hoc oleo colato & per digestionem & inclinationem ab adjuncta aqvositate liberato infunde rursus

Araneas pingves numero viginti qvinq;
Camphoræ in Spiritu Rosarum dissolutæ drachmam semis.

Digerantur per horas duodecim in Balneo Mariæ & vase probè clauso ad formam balsami essentificati. Postea sine colatura reponantur ad usum.

BAL-

BALSAMUM VULNERARIUM MINDERERI.

R. Terebinthinæ Venetæ unciam unam semis,
Olei Hypericonis unciam unam,
Gummi Elemi seorsim dissoluti qvantum ad consistentiam sufficit,
Olei Ceræ destillati scrupulos duos.
Misce.

OLEUM CHAMÆMELINUM.

Oleum Chamæmelinum sive Chamomillæ fit ex floribus & oleo claro non rancido. Siccentur flores in umbra viginti qvatuor horis : deinde immittantur cum oleo in vas vitreum angusti oris benè obturatum & per dies aliqvot insolentur. Hic labor abjectis floribus expressis cum alijs recentibus ter iteretur.

OLEUM DE CAPPARIBUS.

R. Cortic. Rad. Capparum unciam unam,
Tamarisci,
Flor. Tamarisci,
Sem: Agni casti,
Ceterach,
Cyperi ana drachmas duas,
Rutæ drachmam unam,
Olei maturi libram unam,
Aceti albi fortis,
Vini albi ana uncias duas.
Trita coqvantur & præparentur eodem modo, qvo dictum est de Oleo Absynthij.

OLEUM DE CASTOREO JACOBI DE MANLIIS.

R. Castorei,
Styracis calamitæ,

Galba-

Galbani,
Euphorbij,
Casſiæ ligneæ veræ,
Croci,
Opopanacis,
Carpobalſami aut Cubebarum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Coſti ana drachmas duas,
Cyperi,
Schœnanth.
Piperis longi,
Nigri,
Sabinæ,
Pyrethri ana drachmas duas ſemis,
Olei libras tres,
Vini odoriferi libras duas,

Confice ad modum Olei Abſinthij. Oleo huic jam perfecto primum indantur Galbanum & opopanax ac in illo diſſolvantur: Poſtea iterum coletur & uſui reſervetur.

OLEUM CHEYRINUM.

Oleum Cheyrinum fit ex Leucoijs luteis, hoc eſt, Cheyris citrinis & oleo claro non rancido, ut oleum Chamæmelinum.

OLEUM CYDONIORUM.

R. Cydoniorum non excorticatorum,
Succi eorundem ana uncias ſex,
Olei Omphacini libras tres.

Omnia in vas vitreum obturatum immittito, & diebus qvindecim inſolato. Poſtea coqve & confice ut dictum eſt de oleo Abſynthij, ter infuſionem cum nova carne & ſucco Cydoniorum inſtituendo.

OLE-

OLEUM FORMICARUM NICOLAI.

R. Formicarum uncias duas,
Olei libram ſemis.

Macerentur æſtate ad Solem diebus qvadraginta, poſtea excolatum oleum reponatur.

OLEUM JASMINUM.

Ex Italia vel Hiſpania petendum.

OLEUM LILIORUM ALBORUM SIMPLEX.

R. Florum Liliorum alborum, abjecto qvod croceum eſt, libram unam,
Olei clari non rancidi libras tres.

Macera & inſola per dies octo, flores exemptos benè exprime, atq; alios impone, ita tertium fiat, cola & ſerva ad uſum.

OLEUM LUMBRICORUM TERRESTRIUM SIMPLEX.

R. Lumbricorum terreſtrium libram ſemis.
Probè laventur in vino, deinde immittantur in
Olei Roſati Omphacini libras duas.
Vini uncias duas.
Coqvantur in duplici vaſe ad vini conſumptionem.

OLEUM MASTICHINUM.

R. Olei roſati omphacini libram unam,
Maſtiches uncias tres.
Maſtiche ad ignē in oleo diſſolvatur, & ita ad uſum reponatur.

OLEUM MENTHÆ.

R Menthæ domeſticæ criſpæ uncias qvatuor,
Olei Omphacini libram unam.
Fit ut oleum Anethinum.

OLEUM NARDINUM COMPOSITUM MESUE.

R. Spicæ Indicæ uncias tres,
Majoranæ uncias duas,
Ligni Aloes,
Enulæ,
Macis,
Calami Aromatici,
Folior. Lauri,
Cyperi,
Schœnanth.
Cardamomi ana unciam unam ſemis.

Contundantur omnia groſſo modo, deinde affunde illis
Vini,
Aqvæ fontanæ ana libram unam.
Olei ſeſamini libras qvatuor.

Macerentur per noctem : deinde præparetur ut oleum Abſinthij.

OLEUM NARDINUM SIMPLEX MESUÆ.

R. Olei Seſamini libram unam ſemis,
Spicæ Nardi Aromaticæ uncias tres,
Vini,
Aqvæ ana uncias duas ſemis.

Spica incidatur minutim, hocq; oleum conficiatur inſtar Olei Abſynthij.

OLEUM NYMPHEÆ.

R. Flor. Nympheæ albæ uncias qvatuor,
Olei Omphacini libram unam.

Macera in Sole diebus decem; deinde exprime ac novos flores immitte: tertiò idem facito.

OLE-

OLEUM PAPAVERINUM.

R. Capitum papaveris cum ſemine,
Folior. Papaveris,
Flor. ejusdem ana uncias qvatuor,
Olei libras tres.

Inſolato in vaſe vitreo per octiduum, deindè cola & nova rurſus immitte: idem tertium facito. Poſtremum colatum repone.

OLEUM POPULINUM NICOLAI.

R. Olei communis libras ſeptem, uncias duas,
Vini libras qvatuor,
Gemmarum Populi arboris recentium Veris initio collectarum libras tres,

Gemmæ Populi diutiſsime terantur & macerentur in vino & oleo diebus ſeptem in loco calido, & vaſe probè obturato. Poſtea præparetur eodem modo qvo Oleum Abſynthij.

OLEUM RANARUM.

R. Ranarum fluviatilium libram ſemis,
Olei Seſamini libram unam ſemis.

Coqve in vitro optimè clauſo usq; ad ranarum diſſolutionem.

OLEUM ROSATUM VULGARE.

R. Olei communis libras qvatuor.
Roſarum rubearum nondum penitus apertarum uncias ſedecim.

Macera & inſola per dies octo. Roſas exemptas benè exprime, atq; ita fac tertio, cola & ſerva.

OLEUM ROSATUM OMPHACINUM.

R. Olei Omphacini, id eſt, olivarum immaturarum libram unam,

Roſarum rubearum nondum penitus apertarum & ab ungvibus purgatarum uncias qvatuor.

Tritis roſis ac oleo impoſitis præparetur inſtar olei roſati vulgaris ter roſas permutando.

OLEUM RUTÆ.

Præparatur eodem modo, qvo Oleum Anethinum præparare docuimus.

OLEUM SAMBUCINUM.

Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci & Oleo claro, qvemadmodum Oleum Chamomillæ.

OLEUM MAJORANÆ SEU SAMPSUCHINUM.

R. Foliorum Sampſuchi Manipulos tres,
Serpylli Manipulos duos,
Foliorum Myrti Manipulum unum,
Abrotani,
Siſymbri, ſeu Menthæ aqvaticæ ana Manipulum ſemis,
Caſsiæ ligneæ veræ uncias duas,
Olei Omphacini libras tres.

Concidito & contundito omnia, ac impone in vitro & infunde oleum, ut ſupra ſpecies emineat: tum obſtructo vaſis orificio macera ad Solem diebus octo. Poſtea exprime & expreſſum oleum infunde recentibus ſpeciebus, & hoc etiam tertio facito.

OLEUM E FLORIBUS VERBASCI.

Fit inſolatis in vaſe vitreo Verbaſci floribus, ut oleum è floribus liliorum alborum.

OLEUM VIOLACEUM.

Oleum Violaceum ſeu violarum fit ex floribus violarum ac oleo olivarum, qvemadmodum & Roſaceum.

OLE-

OLEUM VULPINUM.

℞. Vulpem integram exemptis interaneis,
Aqvæ fontanæ libras tres,
Olei clari libras qvatuor,
Salis uncias sex,

Coqvantur donec ab ossibus recedat caro & aqva consumatur, deinde coletur oleum, ac in oleo colato infundantur per octiduum in loco calido & vase clauso
Anethi &
Thymi incisorum & contusorum ana unciæ qvatuor.
Postea fortiter exprimantur: Expressum coletur & reponatur.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX MESUÆ.

Ex Italia petendum.

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM.

℞. Amygdalarum amararum siccarum non tamen rancidarum à cortice membranoso purgatarum, qvantum voles.

Contundas minutissimè, postea in sartagine aliqvantulum torrefacias, tandem prælo exprimas.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

Fit ut oleum amygdalarum amararum.

OLEUM BALANINUM.

Fit è Balano Myrepsica, vel glande unguentaria, qvam granum Ben Arabes vocant, teritur, assatur, oleumq; exindè exprimitur.

OLEUM HYOSCYAMI.

Semina hyoſcyami contunduntur, torrentur & exprimuntur.

OLEUM LAVRINUM.

R. Baccarum Lauri electarum, maturarum & contritarum qvantum voles.

Eæ in aqva diu coqvantur & colentur; cumq; infrigidatæ fuerint, illud pingue, qvod ſupernatat, colligatur.

OLEUM SEMINIS LINI.

Lini ſemina non excorticantur, ſed contuſa & aſſata in mola verſatili exprimuntur.

OLEUM NUCIS INDICÆ.

Nuces Indicæ radula attritæ aut conciſæ, & diligenter contuſæ, aqvæ calidæ aliqvandiu immerguntur, oleumq; exprimitur.

OLEUM NVCVM JVGLANDIVM.

Conficitur ut oleum amygdalarum amararum.

OLEUM NVCIS MOSCHATÆ.

Paratur ut oleum Nucis Indicæ majoris.

OLEUM SEMINIS PAPAVERIS.

Præparatur ut oleum ſeminis hyoſcyami.

OLEUM NUCLEORUM PERSICORUM.

Præparatur ut oleum amygdalarum amararum.

OLEUM SESAMINUM.

Fit ex ſemine ſeſami eodem modo qvo oleum Papaveris.

OLEUM E VITELLIS OVORUM.

R. Ova recentia numero centum.

Coqvito donec penitus indurentur. Poſtea vitellos eorum exime & comminutos aſſa in ſartagine donec ruſeſcant, & pingvedinem qvandam emittant: deinde adhuc ferventes pone in Sacculum pilis contextum & exprime, qvodq; expreſſum fuerit oleum, repone.

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DECIMA SEXTA.

De UNGVENTIS.

UNGVENTUM ÆGYPTIACUM SIMPLEX MESUÆ.

R. Æruginis ſubtiliſsimè triti Drachmas qvinq;
Mellis optimi drachmas decem & qvatuor.
Aceti acris drachmas ſeptem.

Coqvantur omnia ſimul, donec ad Ungventi conſiſtentiam inſpiſſentur.

UNGVENTUM AGRIPPÆ.

R. Rad. Bryoniæ libr. duas,
Cucum. Aſinin. libr. unam.
Scillæ libr. ſemis.
Ireos noſtratis uncias tres,
Filicis,
Ebuli cort. vel cort. rad. Sambuc.
Ari ana uncias duas.

Radices omnes recentes ter qvaterq; abluantur, deinde contuſæ macerentur in Olei communis libris qvatuor per octo dies. Poſtea lento igne coqvantur, colentur & exprimantur, deniq: in expreſsione reſolvantur Ceræ citrinæ unciæ qvindecim, & f. l. a. *Ungventum.*

UNGVENTUM DE ALABASTRO.

R. Succi Chamomillæ uncias qvatuor,
Roſarum recentium,

Succi Rad. Altheæ ana uncias duas,
Rutæ recentis,
Bethonicæ ana unciam unam ſemis.

Per diem & noctem infundantur in *Olei Roſacei Omphacini* libra una ſemis, poſtea leviter ebulliant, & cum *Alabaſtri* puri ſubtiliter triti unciis tribus diligenter miſceantur, deniq; cum *Cera* alba optima q. ſ. ex omnibus f. *Unguentum*.

UNGVENTUM ALBUM DE CERUSSA.

R. Olei Roſati uncias octo.
Ceruſſæ aqva roſata lotæ & in marmore levigatæ drachmas viginti.
Lithargyri albi loti unciam ſemis.
Ceræ albæ drachmas viginti octo.

Liqvatæ Ceræ oleoq; Roſato miſce Ceruſſam & Lithargyrum, additisq; *ovi albuminibus* num. qvatuor, formetur *Unguentum*.

UNGVENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

R. Olei Roſacei libram unam.
Ceræ albæ uncias tres.
Ceruſſæ uncias duodecim.
Albuminum ovorum num. ſex.
Camphoræ diſſolutæ cum ol. Roſarum drachmas duas.

F. l. a. *Unguentum.*

UNGVENTUM DE ALTHEA SIMPLEX.

R. Rad. Althææ libras duas.
Sem. Lini,
Fœnugræci,
Ceræ ana libram unam.
Olei libras qvatuor.
Terebinthinæ uncias duas.
Reſinæ uncias ſex.

Radi.

Radices & ſemina contuſa macerentur tribus diebus in aqvæ libris octo, qvarto die coqvantur donec craſſam mucilaginem remittant, qvam exprime, mox

R. Mucilaginis expreſſæ libras duas:

Coqvatur ea in oleo prædicto donec aqvoſa pars abſumta ſit, tum diſſolve Terebinthinam & Reſinam, deniq; addita Cera F. *Unguentum.*

UNGUENTUM ANODYNUM.

R. Ol. Lil. alborum Uncias ſex,
Anethini,
Chamæmelini ana Uncias duas,
Amygdal. dulc. unciam unam,
Pingvedinis Anſeris.
Humanæ, ana Uncias duas,
Ceræ albæ q. s.
F. *Unguentum.*

UNGUENTUM APOSTOLORUM.

R. Terebinthinæ,
Reſinæ,
Ceræ albæ,
Ammoniaci ana Drachmas qvatuordecim.
Ariſtolochiæ longæ,
Thuris maſculi,
Bdellij ana Drachmas ſex,
Myrrhæ,
Galbani ana Drachm. qvatuor,
Opopanacis,
Æruginis ana Drachm. duas,
Lithargyri Drach. novem.
Olei communis in æſtate libr. duas; in hyeme Libr. tres.
Aceti qvantum ſufficit ad Ammoniacum, Galbanum & opopanacem diſſolvenda.

Modus præparandi hic est: Gummata in aceto per noctem macerata, deinde percolata, miscenda sunt cum Terebinthina. Lithargyrum in oleo nutries aliqvandiu sine igne friatum, postea igni trade, ubi incaluerit, ceram immitte, hac liqvatâ, ab igne remove, & gummata resoluta immisce, demum ubi refrixerit, reliqvi pulveres subtilissimi paulatim adjiciantur.

UNGUENTUM AREGON NICOLAI.

R. Rad. Ari

Cucumeris asinini ana Uncias qvatuor semis.

Bryoniæ Uncias tres.

Pyrethri unciam unam.

Rorismarini,

Majoranæ,

Serpylli,

Rutæ ana uncias qvatuor semis.

Fol. Coccognidij uncias novem.

Cucumeris Asinini uncias sex.

Lauri,

Salviæ,

Sabinæ uncias tres,

Pulicariæ majoris h. e. Conyzæ,

Minoris ana uncias qvatuor.

Calaminthæ seu Nepetæ uncias sex.

Mastiches,

Olibani ana drach. septem.

Euphorbij,

Zinziberis,

Piperis ana unciam unam.

Olei Rutacei unciam semis,

Communis libras qvinq;

Laurini,

Adipis Ursini ana uncias tres,

Petrolei clari unciam unam.

Butyri uncias qvatuor.

Herbæ & Radices Majo menſe collectæ & fortiter contuſæ in olei & Vini ſufficiente qvantitate macerentur, diebus ſeptem, octavo die ſuper ignem ponantur, coqvantur & colentur: colato oleo addantur oleum Laurinum, butyrum, adeps Urſinus, & *Ceræ libra ana*, qva liqvefacta, addatur petroleum & oleum rutaceum, poſtea maſtix, olibanum, Zinziber, piper, pyrethrum, & euphorbium pulverizata.

UNGUENTUM DE ARTHANITA MAJUS MESUÆ.

R. Succi Arthanitæ ſeu Cyclaminis radicis libras tres.
Cucumeris agreſtis.
Butyri vaccini ana libram unam.
Olei Irini libras duas.
Pulpæ Colocynthidis uncias qvatuor.
Rad. Polypodij qvercini uncias ſex.
Euphorbij unciam ſemis.

Arida omnia contundantur & macerentur in ſuccis & oleo per dies octo in vaſe vitreo diligenter obturato: nona die coqvantur lento igne ad conſumptionem humiditatis, poſtea colentur: colaturæ adde

Sagapeni in aceto diſſoluti Drach. ſeptem ſemis.
Myrrhæ drach. tres.
Ceræ uncias qvinq;.
Fellis taurini drachm. ſeptem ſemis.

Ferveant ſimul donec liqveſcat cera, poſtea inſperge ſeqventium rerum pulverem tenuiſsimum:

R. Scammonij,
Aloës,
Mezereonis,
Colocynthidos,
Turbith ana drachm. ſeptem ſemis.
Salis gemmæ drachm, qvatuor ſemis.

Euphorbij,
Piperis longi,
Zinziberis,
Chamomillæ ana drachm. tres.
M. f. *Unguentum*.

UNGUENTUM AUREUM MESUÆ.

R. Ceræ citrinæ uncias sex.
Olei communis libras duas semis.
Terebinthinæ uncias duas.
Resinæ Pini,
Colophoniæ ana unciam unam semis.
Thuris,
Mastichis ana unciam unam.
Croci drachm. unam.
F. l. a. *Unguentum*.

Oleo & Cerâ liqvatis addatur Terebinthina, mox pulveres, deniq; Crocus.

UNGUENTUM COMITISSÆ GUILIELMI DE VARIGNANA.

R. Cort. med. Glandium,
Castanearum,
Qvercus arboris,
Baccarum Myrti veri,
Eqviseti,
Gallarum,
Corticum Fabarum,
Acinorum Uvarum,
Calycum Glandium,
Sorborum immaturorum siccorum,
Mespilorum acerborum siccatorum,
Foliorum Capparis,
Prunioli sylvestris,
Rad. Tormentillæ ana unciam unam semis.

Con-

Contundantur aliqvantulum, & coqvantur in *aqva Plantaginis* libris octo, donec media pars consumpta fuerit. Deinde in colatura laventur seqventia novem vicibus, semper recentem aqvam decoctionis affundendo qvotiescunq; laveris.

R. Ceræ novæ uncias octo semis.
Olei Myrtillor. Italic.
Mastichini ana libram unam semis.

Postea insperge seqventium rerum tenuissimum pulverem:

R. Cort. median. Castanearum.
Glandium,
Qvercus arboris ana unc. unam.
Gallarum,
Succi Hypocistidis,
Cineris ossium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum Uvarum,
Sorborum siccorum & immaturorum ana unciam semis.
Trochiscorum de Charabe uncias duas.
M. f. *Unguentum*.

UNGUENTUM FUSCUM.

R. Olei libram unam semis, in qvo dissolve
Ceræ novæ uncias qvatuor,
Colophoniæ,
Picis navalis ana uncias duas,
Terebinthinæ,
Mastiches ana unciam unam.

Colentur per linum, & colato admisce
Galbani in vin. dissol.
Thuris subtiliss. triti ana unciam unam,
Sagapeni in vin. dissol. uncias duas.

Confice l. a. Unguentum.

UNGVENTUM INFRIGIDANS GALENI.

R. Olei Rosati Omphacini libram unam.
Ceræ albæ uncias tres.

Ceram in oleo liqvabis, deinde pauxillum aceti Rosati aqva Rosarum diluti adjicies, & continua agitatione f. Unguentum.

UNGVENTUM DE LITHARGYRO.

R. Lithargyri albi loti uncias duas.
Cerussæ in aq. Ros. lotæ unciam semis.
Aceti q. s.

Coqvantur invicem ad pultis formam, cui adde Olei Rosati uncias duas semis.
F. Unguentum in mortario plumbeo optimè agitatũ.

UNGVENTUM MARTIATON NICOLAI.

R. Foliorum Tamarisci uncias sex.
Lauri,
Rorismarini ana uncias octo.
Rutæ uncias septem,
Ebuli,
Sabinæ,
Balsamitæ,
Salviæ,
Ocimi,
Polii veri,
Calaminthæ,
Artemisiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Brancæ Ursinæ,
Aparines,
Parietariæ,
Pimpinellæ vulgaris,
Agrimoniæ,
Absinthij,

Herbæ

Herbæ Paralyſis ſeu Primulæ veris,
Perſicariæ,
Cymarum ſambuci,
Craſſulæ,
Millefolij,
Sempervivi majoris,
Chamædryos,
Centaurij minoris,
Plantaginis minoris,
Fragariæ,
Sideritidis,
Qvinq; folii ana uncias qvatuor.
Rad. Altheæ,
Cumini,
Myrrhæ ana uncias tres,
Butyri unciam unam drachmas duas.
Sem. Fœnugræci unciam unam ſemis,
Urticæ,
Violarum,
Papaveris albi,
Menthæ Saracenicæ,
Criſpæ,
Lapathij acuti,
Polytrichi,
Cardui Benedicti,
Matriſylvæ,
Valerianæ majoris,
Geranij Moſchati,
Linguæ Cervinæ,
Trifolij acetoſi,
Cotulæ non fœtidæ,
Abrotoni maris,
Medullæ Cervinæ,

Styra-

Styracis Calamitæ ana unciam ſemis,
Adipis Urſini,
Gallinacei,
Maſtichis,
Thuris ana unciam unam.
Olei Nardini uncias duas,
Ceræ libras duas.

Herbæ omnes Majo menſæ colligantur, & inciſæ macerentur in Vino odorifero per dies ſeptem: octavo deinde die coqvantur ferè ad Vini conſumptionem, adde

Olei communis libras octo.

Coqvantur rurſum donec conſumatur Vinum, poſtea exprime & cola, colato injice Butyrum, medullas, adipes, ſtyracem, Maſtichen, Thus, & Oleum Nardinum; tandem cunctis lento igne diſſolutis adde Ceræ circiter libras duas.

UNGVENTUM AD AMBUSTA.

R. Succi cortic. median. Sambuc. uncias qvatuor.
Butyri recent. & loti in aq. roſac. uncias tres.
Ol. de Vitellis ovorum,
Amygdal. dulc.
Roſar. ana unciam ſemis.
Mucilaginis ſem. Cydonior. unciam unam.
Ceruſſæ albæ in aceto coctæ uncias ſex.
Pulv. Olibani electi uncias tres.
Camphoræ uncias duas.

In mortario plumbeo miſceantur & cum *Cera* q. s. f. *Unguentum*.

UNGVENTUM NERVINUM.

R. Herb. ſalviæ,
Ivæ Artheticæ,
Majoranæ,
Roriſmarini,
Menthæ,

Rutæ,

Rutæ,
Lavendulæ,
Hyperici,
Paralyseos cum flore,
Flor. Chamomillæ,
Meliloti,
Summit. Anethi ana Manipulum semis.
Baccar. Lauri,
Juniperi ana unciam unam.
Rad. Pyrethri drachm. duas.

Incisa & contusa infundantur per unam alteramve hebdomada in

Ol. Lumbricorum,
Vulpini,
Anethini,
Hyperici ana unciis tribus.
Terebinthinæ uncia una.
Axungiæ humanæ,
Cati sylvestris,
Canis ana uncia semis.
Vini optimi libra una.

Leviter postea ebulliant & exprimantur, in colato dissolve

Terebinthinæ uncias qvatuor.
Mastiches unciam semis.
Benzoini drachm. sex.
Ceræ uncias duas.
F. l. a. *Unguentum.*

UNGUENTUM NICOTIANÆ JOUBERTI CORRECTUM.

R. Fol. Nicotianæ recentium contusorum lib. duas.
Affunde succi Nicotianæ depurati libram semis.

Vel: si recentia succulenta non habeantur, Nicotianæ folia sic-

cata in umbra ſubſtituantur, illisq; inciſis addatur Vini rubri ſufficiens qvantitas.

Stent in loco calido, vaſe clauſo per noctem. Hinc adde

Pingvedinis Porcinæ diligenter lotæ libram unam.

Coqvantur & exprimantur, ſi qvid humiditatis reſtet auferatur illa coctione. Tandem adjiciantur

Reſinæ Abjetis unciæ tres,

Ceræ Citrinæ uncia una.

Pulv. Rad: Ariſtoloch. rot. veræ unciæ duæ.

M. f. *Unguentum.*

UNGUENTUM PECTORALE.

℞. Ol. Amygd. dulc. uncias qvatuor.

Chamæmelini,

Violati ana uncias tres.

Butyri recentis uncias ſex.

Adipis Gallinæ,

Anatis ana uncias duas.

Iridis Drachm. duas.

Croci drachm. ſemis.

Ceræ citrinæ uncias tres.

Ceram & adipes in oleis liqvato, deinde adde Iridem & Crocum ſubtiliſsimè trita.

UNGUENTUM PEDICULORUM.

℞. Sem. Staphiſagriæ uncias duas.

Ellebori albi unciam unam.

Argenti vivi uncias duas.

Salis drachm. duas.

Olei ſpicæ drachmas tres.

Laurini uncias novem.

Axungiæ porcinæ libram unam.

Saponis Veneti libram ſemis.

Sumatur præcipitatus non lotus, admiſceaturq; ungvento dicto.

UNGVENTUM DIAPOMPHOLYGOS.

R. Olei Rosati,
Ceræ albæ ana uncias sex.
Succi fructus Uvæ lupinæ seu Herbæ Paridis uncias qvatuor.
Cerussæ uncias duas.
Plumbi usti & loti.
Pompholygos præparatæ,
Thuris puri ana unciam unam.
Confice secundum artem.

UNGUENTUM POMATUM.

R. Styracis Calamitæ,
Benzoi Electi ana drach. decem.
Cinamomi electi,
Caryophyllorum ana drach. sex.
Rad. Ireos florent. unciam unam.
Nucis Moschatæ drachm. tres.
Macis drachm unam.
Ol. destill. Ligni Rhodij drach. semis.
Fl. Lavendulæ,
Spicæ ana Pugillos duos.
Pomorum Arantiorum recentium,
Citri recentium ana num. duo.
Odoriferorum mundat. num. vigint. qvat.
Aq. Rosarum optim. uncias octodecim.
Vini albi optimi uncias qvatuor,
Unguenti Rosati albi libras tres.
Sevi Castrati libram unam.
Ceræ albæ uncias qvatuor.
M. f. l. a. *Unguentum.*

UNGUENTUM POPULEON NICOLAI.

R. Oculorum Populi arboris recentium libram unam semis.
Axungiæ porcinæ non salitæ libras duas semis.

Contundantur oculi Populi & macerentur in axungia, donec seqventes herbæ colligi æstate qveant, tum

R. Foliorum Papaveris agrestis uncias tres.
Hyoscyami uncias sex.
Cymarum Rubi tenerrimarum.
Herb. Solani,
Vermicularis seu sempervivi minoris insipidi,
Lactucæ,
Sempervivi majoris,
Bardanæ,
Violariæ,
Portulacæ,
Rad. Lappæ majoris ana uncias tres.

Herbæ & Radices contundantur & misceantur oculis Populi & Axungiæ, & dimittantur per dies decem: deinde coqvantur supra lentum ignem leviter, & si herbæ sint ficciores, aliqvid vini addendum. Postea colentur & expressum *Unguentum* reponatur.

UNGUENTUM POTABILE RUBRUM.

R. Butyri recentis sine sale libram unam semis.
Rad. Rubiæ tinctorum unciam unam.
Tormentillæ,
Alcannæ,
Castorei,
Spermatis Ceti ana unciam semis,

Bulliant simul in vino oderifero ad vini consumptionem, ac F. l. a. *Unguentum.*

UNGVENTUM RESUMPTIVUM FERNELII.

R. Sem. Lini,
Althææ,
Fœnugræci,

Gummi

Gummi Arabici,
Tragacanthi ana drachm. duas.
Macerentur & bulliant in *aq. Rosar.* libra ſemis, eliciatur mucilago, in qva diſſolve
Adipis Suilli,
Gallinæ,
Anſeris,
Anatis ana uncias duas.
Oeſypi humidæ unciam ſemis.
Ol. Violarum,
Chamæmeli,
Amygdalarum dulcium ana uncias duas.
Medullæ vituli,
Butyri recentis in aq. viol. loti,
Ceræ citrinæ ana libram ſemis.
Coqvantur in *Unguentum.*

UNGVENTUM ROSATUM MESUÆ.

R. Axungiæ Porcinæ noſtro modo præparatæ libram unam.
Permiſceatur
Roſarum Rubrarum recentium libra una.
Probè terantur, & diebus ſeptem inſolentur & marceſcant. Fuſus adeps igne lento percoletur, rurſumq; in eo Roſarum tuſarum tantundem maceretur diebus ſeptem, deniq; affuſis
Succi Roſarum vel aqvæ Roſarum unciis duabus.
Olei Amygdalarum dulcium uncia una.
Senſim rurſus igne lento coqvantur dum ſuccus totus abſorptus fuerit.

UNGVENTUM RUBEUM, ſeu de MINIO CAMPHORATUM.

R. Olei Roſati libram unam ſemis.
Lithargyri uncias duas.

Minij uncias tres.
Cerussæ unciam unam semis.
Tutiæ præparatæ,
Camphoræ ana drachm. tres.
Ceræ albæ uncias duas in æstate: hyeme unciam unam.

Lithargyrum, Minium, & Cerussa in pulverem comminuta cum Aceto Rosaceo coqvantur in formam pulticulæ. Hinc addatur Oleum, postea Tutia, Cera, ultimò Camphora in Ol. Rosaceo soluta.

UNGUENTUM AD SCABIEM.

R. Lithargyri,
Ceruss. lotæ ana unciam unam.
Terebinthinæ,
Succi Limonum ana unciam unam semis.
Sulphuris vivi drachm. sex.
Salis nitri unciam semis.
Butyri recent. uncias tres.

Lithargyrum, Cerussa in succo Limonum coqvantur. Deinde addatur sal Nitrum & Terebinthina, Butyrum & Sulphur.

UNGUENTUM DE TUTIA NICOLAI.

R. Olei Rosati uncias tres.
Ceræ albæ unciam unam.
Succi solani drachm. duas.
Cerussæ lotæ unciam semis.
Plumbi usti & loti,
Tutiæ præparatæ ana drachm. duas.
Thuris drachm. unam.

Ceram liqva cum Oleo lento igne, & in pilam plumbeam injice, additis qvæ terenda sunt in tenuissimum pulverem redactis, move continuò, & paulatim succum supradictum instillato, perpetuò movendo sex horis continuis.

UNGU-

UNGVENTUM CONTRA VERMES.

R. Myrrhæ,
Aloës epat.
Extr. Gentianæ ana unciam unam semis.
Solvantur simul in s. q. Sp. Vini, & solutis adde
Ol. Amygdal. amar.
Rutæ ana uncias sex.
Succi Porri,
Abrotani ana uncias qvinq;.
Fellis taurini uncias qvatuor.
Vini generosi uncias tres.
Coq. ad Sp: Vini & Succi consumptionem, & circa finem adde
Pulpæ Colocynthidis coctæ & contusæ unciam unam.
Theriacæ Andromachi recentis drachm. tres.
Ol. destill. Absinthij drachm. unam.
Ceræ q. s. M. f. *Unguentum.*



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DECIMA SEPTIMA De EMPLASTRIS.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

R. Olei libras duas.
Cerussæ libram unam semis.
Aceti sambucini libram unam.
Ceræ albæ & minutissimè concisæ uncias qvatuor.

Acetum Sambucinum primum addendum Cerussæ, deinde adjiciendum Oleum & Cera, ut f. *Emplastrum.*

EMPLASTRUM ANODYNUM.

R. Cer. citrin. uncias undecim.
Colophon. uncias qvatuor.
Picis navalis uncias septem.

Liqvefactis adde
Gumm. Ammoniac.
Terebinthin: ana uncias duas.
Pulv. Bdellij uncias qvatuor.
Thuris alb.
Tacamahac.
Carann.
Benzoi.
Mastichis ana unciam semis.
Sandarac.
Galbani ana unciam unam.
Succin. citrini uncias tres.

M. atq; l. a. redig. in *Emplastrum.*

EMPLA-

EMPLASTRUM DE BACCIS LAURI.

R. Thuris,
Mastiches,
Myrrhæ ana unciam unam.
Baccarum Lauri uncias duas.
Cyperi,
Costi ana unciam unam.
Olei Laurini,
Terebinthinæ Venetæ,
Ceræ citrinæ ana unciam semis.
Mellis despumati calidi q.s. ad cogendum.

Thus, mastix, myrrha, Baccæ Lauri, Cyperus, Costus subtilissimè pulverizata vel trita cum melle calido q. s. misceantur ad Emplastri consistentiam, demum addantur Oleum Laurinum, Terebinthina & cera invicem liqvata.

EMPLASTRUM BASILICON MAJUS MESUÆ.

R. Ceræ flavæ,
Resinæ Pineæ,
Sevi Vaccini,
Picis Græcæ,
Nigræ,
Terebinthinæ,
Thuris,
Myrrhæ ana unciam unam.
Ol. commun. parum.
F. *Emplastrum.*

EMPLASTRUM CATAGMATICUM, SEU AD Fracturas ossium Renodæi, restitutum.

R. Rad. Symphyti majoris,
Altheæ,
Visci qvercini ligni ana uncias duas.

Plantaginis,
Chamæpityos,
Hyperici comarum ana Manip. unum.
Coqve in s. q. Vini Rubri & Aqvæ fabrorum part. æq.
Colaturæ expressæ adde
Succi Acaciæ in Vino Rubro adstringente soluti, unciam semis.
Mucilag. sem. Cydonior. cum decocto Aristolochiæ rotundæ extractæ, uncias qvatuor.
Pulv. Balaustiorum,
Rosar. Rubrarum,
Myrtillorum veror. Italic. ana unciam semis.
Mumiæ,
Gran. Androsani, seu sem. Hyperici ana drach. sex.
Boli Armen:
Farin. Volatilis, ana unciam unam semis.
Misceantur, agitentur continuò, & coqvantur ad spissioris Cataplasmatis consistentiam. Postea ex seqventibus Emplastrum paretur:
R. Olei Rosarum Uncias qvatuor.
Lithargyri auri uncias tres.
Coq. ad Emplastri consistentiam, cui ab igne remoto adde liqvata
Ceræ Virgineæ libram unam.
Terebinthinæ uncias tres.
Picis navalis unciam unam semis.
Colophoniæ drachm. sex.
Ol. Mastichin unciam unam semis vel q. s.
F. *Emplastrum.*
Accipe tandem Cataplasma prius, eiq; adde Emplastrum jam descriptum, & insperge pulveres seqventes inter se mixtos:
R. Mastiches,
Thuris ana unciam unam semis.
Succini Citrini præp. drach. sex.

Sang.

Sang. Dracon. uncias duas.

Atq; sic ad ignem, accedente agitatione & coctione, omnia deducantur in massam æqvalem, & consistentiam *Emplastri*.

EMPLASTRUM CITRINUM VULGARE.

R. Resinæ libram unam.
Ceræ citrinæ libram semis.
Sevi Cervini uncias qvatuor.
Terebinthinæ uncias duas.
F. *Emplastrum*.

Emplastrum viride inde efficies, addendo *æruginis* drachm. duas ad singulas libras Emplastri.

EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS MONTAGNANÆ.

R. Mastiches,
Menthæ,
Spodij,
Corallij rubri,
Albi ana drachm. unam.
Crustæ panis tostæ & maceratæ in aceto per horam mediam uncias duas.
Olei de Mastiche,
Cydoniorum,
Terebinthinæ,
Ceræ ana unciam unam,
Farinæ hordei q. s.
F. *Emplastrum*.

DIACHYLON SIMPLEX.

R. Mucilaginis Fœnugræci,
Sem. Lini,
Rad. Althææ ana libram unam.
Olei veteris clari libras tres.
Lithargyri libram unam semis.

Lithargyrus tenuiſsimè teratur, & cum oleo lento igne coqvatur, continuo ſpatula agitando, donec probe permixta ſint, poſtea mucilagines affundantur, & ad Emplaſtri craſsitiem decoqvantur.

DIACHYLON COMPOSITUM, ſeu EMPLASTRUM DE MUCILAGINIBUS.

R. Mucilagin. Rad. Althææ,
Sem. Lini,
Med. cortic. Ulmi,
Fœnugræci ana uncias qvatuor ſemis,
Ol. Chamæmelini,
Liliorum,
Anethini ana unciam unam ſemis.

Coqvantur ad humiditatis conſumptionem, & in colato oleo addantur

Ammoniaci, Galbani, Opopanacis, Sagapeni } in aceto vel vino prius diſſoluti ana unciam ſemis.
Ceræ novæ uncias viginti,
Croci drachmas duas.
Terebinthinæ uncias duas.
M. F. l. a. *Emplaſtrum.*

DIACHYLON CUM GUMMIS VIGONIS.

R. Radicum Altheæ libram ſemis,
Sem. Lini,
Fœnugræci ana unciam unam,
Malvæ,
Altheæ,
Cydoniorum ana unciam ſemis,
Pſyllij drachm. duas.

Cum aqva fontana fiat mucilago: cui adde

Fl:

Fl. Violarum manipulum unum,
Rad. Ireos uncias duas,
Olei Chamæmelini,
Anathini,
Liliorum,
Lini,
Irini ana uncias tres,
Amygdalarum dulcium drach. decem,
Pingvedinis gallinæ,
Anetis,
Anſeris ana uncias tres;
Oeſypi humidæ,
Succi glycyrrhizæ ana drach. decem,
Terebinthinæ unciam unam ſemis.
Sevi Vitulini libram ſemis.
Lithargyri Auri drachm. decem.

Bnlliant omnia ſimul baculo agitando, usq; ad conſumptionem mucilaginis. Deinde cum cera alba q. s. fiat Ceratum molle, addendo

Sagapeni,
Opopanacis,
Bdellij mollis,
Galbani ana drachmas tres,
Ammoniaci drachm. qvinq;.

Diſſolutis in aceto fiat *Emplaſtrum* ſ. a.

EMPLASTRUM GRISEUM DE LAPIDE CALAMINARI.

R. Lapidis Calaminaris præparati unciam unam.
Lithargyri uncias duas.
Ceruſſæ unciam ſemis.
Tutiæ drachm. unam.
Terebinthinæ unciam unam ſemis.
Ceræ albæ uncias tres.

Sevi Cervini uncias qvatuor.
Thuris electi drachm. qvinq;.
Masticheś drachm. tres.
Myrrhæ drachmas duas.
Camphoræ drachmam unam semis.
Confice secundum artem.

EMPLASTRUM HYSTERICUM Minsichti.

R. Tacamahac,
Gum. Galbani aceto sol. ana unciam unam.
Terebinth. alb.
Ceræ citrinæ ana drachm. sex.
Pulv. assæ fœtidæ,
Myrrhæ
Castor. ana drach. tres.
Magist. Jovis Anglici,
Ol. succini citrin. ana drachm. unam semis.
M. F. *Emplastrum.*

EMPLASTRUM DE MELILOTO.

R. Herb. Meliloti uncias decem.
Chamomill. uncias octo.
Rad. Althææ,
Sem. Fœnugræc.
Lini ana uncias sex.
Tartari albi crudi uncias tres.
Caric. Pingvium uncias viginti.
Aq. Commun. libras viginti qvatuor.
Infunde per horas 24. in vase terreo benè clauso, deinde coqvantur, colentur, & reducantur ad consistentiam extracti.
R. Hujus Extracti uncias duodecim.
Ceræ citrinæ,
Sevi Hircini ana uncias qvatuor.

Gummi

Gummi Ammoniaci depurati uncias tres,
Terebinth. uncias duas.
Ol. Laurini drachmas ſex.
Carvi ſtillat.
Spicæ ana drachm. duas.
Ol. Nuc. Moſch. expreſſ. drachm. tres.
Flor. Meliloti.
Herb. Card. Bened.
Rad. Zedoar.
Irid. Florent. ana unciam unam.
M. F. l. a. *Emplaſtrum.*

EMPLASTRUM DE MINIO VIGONIS.

R. Olei Roſati libram unam ſemis.
Myrtini,
Unguenti Populeonis ana uncias qvatuor.
Pingvedinis Gallinæ uncias duas.
Porcinæ uncias ſeptem.
Sevi vervecis,
Vaccini ana libram ſemis.
Litharygri auri,
Argenti ana uncias tres ſemis.
Ceruſſæ uncias qvatuor.
Coqvantur ſecundum artem igne lento ad conſiſtentiam juſtam, cui adde
Minij uncias qvatuor.
Terebinthinæ uncias ſex.
Ceræ uncias decem.
F. *Emplaſtrum.*

EMPLASTRUM NERVINUM VIGONIS.

R. Herbarum Roriſmarini,
Betonicæ,
Eqviſeti,
Herb. Centaurii ana Manipulum unum.

Vermi-

Vermium terreſtrium lotorum & purgatorum in vino uncias tres.
Rad. Rubiæ Tinctor. drach. decem.
Fol. & ſem. Hypericonis ana Manipulum unum.
Coqvantur ſimul in vini ſ.q. In colatura expreſſa adjiciantur
Olei Chamomillæ,
Roſarum ana unciæ duæ.
Maſtichini,
Lini,
Terebinthinæ ana uncia una ſemis.
Lithargyri auri,
Argenti ana unciæ duæ ſemis.
Minii unciæ duæ.
Sevi vituli caſtrati,
Hircini ana unciæ duæ ſemis.
Picis navalis liqvat.
Reſinæ liqvatæ ana uncia una ſemis.
Pulv. gummi Elemi,
Maſtichis ana drachm. decem.
Sagapeni,
Galbani,
Ammoniaci ana drachm. tres.
Terebinthinæ claræ unciæ qvatuor.
Gummata prius in aceto & vino, vel in Terebinthina diſſolvantur. Bulliant omnia lento igne ad conſiſtentiam craſsiorem, & cum Ceræ Flavæ ſ.q.
F. *Emplaſtrum.*

EMPLASTRUM NIGRUM.

R. Olei Roſarum uncias ſeptem.
Axungiæ Ardeæ unciam unam.
Thymalli ſeu Aſciæ piſcis uncias tres.
Ceruſſæ cribratæ uncias octo.

Vitri-

Vitrioli albi uncias duas.

Romani in aq. simpl. solut. uncias octo.

Coqvantur igne fortiori ad dissolutionem Cerussæ, emplastriq; consistentiam, cui admisceantur seqventia, prius liqvefactis qvæ liqvefieri debent, & invicem agitatis,

Colophoniæ,
Resinæ,
Picis navalis,
Ceræ flavæ ana uncias octo.
Mastichis in ol. ovor. solut. unciam unam.
Pulv. Olibani,
Myrrhæ ana uncias octo.
Mumiæ uncias duas.
Terræ sigillatæ,
Sangvinis Draconis ana unciam unam.
Corall. rubr.
Lapidis Magnetis præp. ana uncias duas.
Lumbricorum præpar. unciam unam.
Olei spicæ unciam unam.
Juniperi ex granis uncias tres.
Camphoræ in oleis solutæ unciam unam.
F. s. a. *Emplastrum.*

EMPLASTRUM OPODELTOCH MINDERERI.

R. Ceræ novæ mundissimæ libram unam.
Terebinthinæ illæ netæ claræ libram semis.
Gummi Elen. uncias tres.
Olei Hyperici,
Myrtini ana unciam unam semis.

Liqvefiant simul omnia, & postqvam diffluxerint, addeeis seqventia,

Ee Gummi

Gummi Ammoniaci mundi,
Galbani puri,
Opopanacis ana drachm. tres.
Colophoniæ drachm. ſex.
Mumiæ ſelectæ,
Succini albi pellucidi ana drachm. duas.
Olibani albi,
Maſtiches purificatæ,
Sanguinis Draconis,
Sarcocollæ à recrementis purgatæ ana drach. unam ſemis.
Aloës epaticæ drachmam ſemis.
Myrrhæ drachmam unam.

Diſſolvantur gummi in aceto junganturq; ſimul commodè ac s. a. agitando ſingula, ac ubi ferè refrixerint, paulatim injice

Lapidis Magnetis præparati drachm. ſex.
Croci Martis ex arte ſine corroſivo concinnati,
Tutiæ præparatæ ana unciam unam,
Lapidis Calaminaris præparati uncias qvinq;.
Lithargyri auri unciam unam.
Colcotharis indulcati, ſeu Terræ vitrioli mortuæ ac dulcificatæ uncias duas.

Redigantur lege artis in *Emplaſtrum*, qvod frigefactum dureſcat. Qvi mollius habere id optaverit, Terebinthinæ ac oleorum ſupradictorum qvantitatem nonnihil adaugeat.

Not. poſſe qvoq; Emplaſtro huic adji

Succum Alchymillæ,
Symphyti,
Veronicæ,
Pyrolæ,
Saniculæ,
Conſolidæ mediæ vel ſaracenicæ,
Telephij,
Nicotianæ,

Numulariæ, aut
Fol. Qvercus ana unciam semis.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM COMMUNE EX NICOLAO.

R. Ceræ,
Picis,
Colophoniæ ana libram unam.
Croci orientalis,
Terebinthinæ,
Galbani,
Ammoniaci,
Myrrhæ,
Olibani,
Mastiches ana uncias qvatuor.
Aceti phialam unam.

Galbanum & Ammoniacum in Aceti sufficienti qvantitate dissolvantur, & rursus ad lentorem coqvantur, donec Acetum in vaporem evanuerit, tunc addantur liqvefactis simul Cera, Pix, Colophonia & Terebinthina: postqvam omnia sunt commixta, inspergito etiam Myrrham, Olibanum & Mastichen subtilissimè trita, postremum vero etiam Crocum per se in tenuissimum pulverem redactum, ac fiat l. a. *Emplastrum.*

EMPLASTRUM DE RANIS CUM MERCURIO VIGONIS.

R. Ol. Chamomillæ,
Anethini,
De spica,
Liliorum alb. ana uncias duas,
De Croco unciam unam.
Pingvedinis vituli libram semis.
Euphorbij Drachmas qvinq;.
Thuris drachm. decem.

Olei Laurini unciam unam ſemis.
Axungiæ Viperinæ uncias duas ſemis.
Ranarum terreſtrium viventium num. ſex.
Lumbricorum in vino lotorum uncias tres ſemis.
Succi Rad. Ebuli,
Enulæ campanæ ana uncias duas.
Schœnanthi,
Stœchadis,
Matricariæ ana Manipulum unum.
Vini generoſi libram unam.

Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem vini, colaturæ adde

Lithargyri libram unam.
Terebinthinæ claræ uncias duas.
Ceræ flavæ uncias ſex,
Styracis liqvid. unciam unam ſemis.
Argenti vivi ſaliva hominis jejuni (vel Terebinthina) extincti uncias qvatuor.
Miſce diu piſtillo & f. *Emplaſtrum.*

Not. 1. Qvod ſi addatur duplum pondus Mercurij, ſignabitur, *Emplaſtrum de Mercurio cum duplo.*

2. Idem Emplaſtrum ſine Mercurio confici poteſt & ita ſignari.

EMPLASTRUM SANTALINUM.

R. Ceræ novæ uncias qvatuor.
Reſinæ uncias qvinq; ſemis.
Santali rubri,
Vini ſublimati ana unciam unam ſemis.
Croci drachmas duas.
Olibani,
Maſtiches,

Myrrhæ,

Myrrhæ,
Aluminis ana drachm. unam ſemis.
F. *Emplaſtrum.*

EMPLASTRUM SPLENETICUM.

R. Ol. Capparum,
Amygdal. amar. ana uncias duas.
Rutæ,
Meliloti ana unciam unam.
Succ. Abſinthij,
Cicutæ,
Nicotianæ,
Ebuli ana uncias duas.
Terebinthinæ,
Reſinæ ana unciam ſemis.
Coq. in diplomate ad ſuccorum conſumptionem.
Expreſſo adde
Gummi Ammoniaci,
Galbani in acet. diſſol. ana unciam unam ſem.
Empl. diachylon ſimpl. unciam unam.
Succ. Cochlear. inſpiſſat.
Rad. Filicis inſpiſſat. ana unciam ſem is.
Pulv. Tamariſci,
Cort. Rad. Cappar.
Fraxini ana drachmas tres.
Ol. deſtill. Juniperi drachmas duas.
Ceræ q. s.
M. f. l. a. *Emplaſtrum.*

EMPLASTRUM STICTICUM CROLLII.

R. Minij factitij,
Calaminaris Lapidis præp. ana libram ſemis.
Lithargyrij auri & argenti ana uncias qvinq;.

Olei Lini,
Olivarum ana libram unam semis.
Laurini libram semis.
Ceræ,
Colophoniæ ana libram unam.
Vernicis,
Terebinthinæ ana libram semis.
2. Opopanacis.
Galbani,
Serapini,
Ammoniaci,
Bdellij ana uncias tres.
Succi citrini,
O libani,
Myrrhæ Alexandrinæ,
Aloës Epaticæ,
Rad. Aristolochiæ longæ,
Rotundæ ana unc. unam.
Mumiæ Transmarinæ,
Magnetis Lap. præparat.
Hæmatitis ana unciam unam semis.
Corallorum alborum,
Rubeorum,
Matris Perlarum,
Sangvinis Draconis.
Terræ sigillatæ,
Vitrioli albi dissoluti ana unciam unam.
Fl. Antimonij,
Croci Martis ana drachm. duas.
Camphoræ unciam unam.

Modus parandi talis est *Crollio.*

1. Gummata qvinq; in aceto(sed Bdellium in aqva)soluta & cocta exprimantur per linteum crassum bis repetendo coctura.
Postea

Poſtea ſuper lentum calorem in munda ſartagine usq; ad conſiſtentiam mediocrem inſpiſſentur.

2. Oleum Lini & olivarum imponatur alteri ſartagini & addatur Lithargyrium auri & argenti, coqvantur agitando, donec oleum coloretur, poſtea addatur Calaminaris, & paulo poſt minium, omnia illa agitando ferè per duas horas coqvantur ſimul ad ſufficientiam, cujus indicium eſt, ſi ſupra ungvem gutta concreſcat & condenſetur, nec amplius diffluat.

3. Tandem etiam addatur circa finem Vernix, oleum Laurinum, Cera, Colophonia: omnibus benè invicem miſtis & liqvefactis, & ab igne ſepoſitis, poſtea da operam ut ſartago cum gummatibus paulatim calefiat, & ſucceſsivè affunde liqvorem è ſecunda ſartagine gummatibus diligentiſsima agitatione incorporando ſupra lentiſsimum calorem, cave ne bulliat, alioqvin gummata in grumos coëunt, & oleo difficulter miſcentur, poſtea agitando addantur pulveres, & diligenter per horam omnia agitentur: Ultimò Camphora reſoluta in oleo Juniperino addatur; ſi fortè nimis durum eſſet, addatur adhuc aliqvid Ceræ & Colophoniæ.

Signum juſtæ decoctionis hoc eſt: Bacillo intincto guttulas aliqvot in aqvam ſtillare ſinito, ſi digitis adhæſerit materia mollis, coqvatur diutius, donec dureſcat. Tum demum ab igne deponitur, & in magnam pelvim aqva plenam effundatur, ac manibus (oleo Chamomelino, Roſarum, Juniperino, Lumbricorum, Hypericonis ana q. v. mixto) perunctis pinſere, ac inſtar malagmatis ſubigere convenit, horis tribus vel qvatuor: ſervetur ad uſum eformatis inde prius magdaleonibus alutæ includendis, (vel veſicæ ſuillæ.)

EMPLASTRUM TETRAPHARMACUM, GALENI.

R Picis nigræ,
Reſinæ,
Ceræ,

Adipis

Adipis Vaccini ana uncias duas.

Liqvata per Linum colentur, & F. l. a. *Emplastrum.*

EMPLASTRUM TRIAPHARMACON MESUÆ.

R. Lithargyri,

Aceti fortis,

Olei communis ana uncias tres.

Lithargyrum levissime tritum, moveatur continuò ad ignem, paulatim affusis oleo vicissim & aceto.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DECIMA OCTAVA

De

CERATIS.

CERATUM DE AMMONIACO FORESTI CORRECTUM.

R. Olei Irini drachm. ſex.
Ungventi Dialtheæ drachm. duas.
Pingvedinis Anatis,
Anſeris,
Gallinæ ana drach. unam ſemis.
Mucilag. ſem. Lini,
Fœnugræci ana unciam unam ſemis.

Coqvantur ad humiditatis conſumtionem, in qvibus liqventur
Ceræ flavæ unciæ duæ.
Reſinæ Pini drachm. ſex.

Liqvatis & ab igne remotis adjunge
Terebinthinæ drachm. ſex.
Ammoniaci unciam ſemis.
Galbani,
Bdellij in aceto ſol. ana drachm. unam.
Empl. de Meliloto drach. duas.
Pulv. Rad. Bryoniæ ſiccæ,
Iridis Illyricæ,
Tamariſci,
Cort. Rad. Cappar. ana drachm. duas.
F. l. a. *Ceratum.*

CERATUM EX BETONICA.

℞. Terebinthinæ claræ,
Resinæ Pini,
Ceræ flavæ ana uncias duas.
Betonicæ pulverizat. unciam ſemis.
Maſtiches,
Thuris ana drachmas duas.
Mumiæ drachm. unam ſemis.
M. f. *Ceratum*.

CERATUM DIACHALCITEOS, SEU DIAPALMÆ.

℞. Axungiæ porci veteris more noſtro purgatæ libras duas,
Olei veteris libras tres.

Teneriorum Palmæ ramorum minutim inciſorum, vel, illorum defectu, teneriorum qvercus ramorum recentium, Manipulos qvatuor.

Coqvantur ad humiditatis conſumptionem, colato adde
Lithargyri ſubtiliſs. triti libras tres.
Chalcitidis uſtæ, ſeu Vitrioli albi in aq., ſimplic. ſoluti uncias qvatuor.

Coqvantur igne lento, & inter coqvendum moveantur rudicula ex qvercino ramo viridi, ad *Cerati* conſiſtentiam.

CERATUM MATRICALE.

℞. Galbani in aceto ſoluti unciam unam ſemis.
Terebinthinæ uncias duas.
Pulv. gum. Aſæ fœtidæ unciam ſemis.
Myrrhæ rubeæ drachm. duas.
Bdellij drachm. unam.
Gum. Anime drachm. tres.
Tacamahacæ drachm. qvinq;.
Matricariæ,
Artemiſiæ ana drachm. ſemis.
Sem. Dauci ſcrupulum unum.
F. *Ceratum*.

CERA-

CERATUM PRO HERNIOSIS NORIBERGENSIUM.

R. Pulv. Mastiches,
Mumiæ,
Thuris,
Succini,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Aloës optimæ, in decocto Consolidæ, Hypocistidis, Cort. Granat. & Rad. Bistortæ, solutæ,
Balaustiorum,
Rosarum ana unciam semis.
Sangvinis Draconis,
Boli Armeniæ,
Lapidis Hæmatitis ana drach. sex.
Olei Rosarum uncias tres,
Myrtini,
Mastichini ana unciam unam.
Ceræ uncias sex.
Picis unciam unam.
F. *Ceratum.*

CERATUM EX PELLE ARIETINA ARNOLDI DE VILLA NOVA.

R. Lithargyri,
Lapid. Hæmatitis,
Sangvinis Draconis,
Bol. Armenæ,
Opij,
Mastiches,
Ammoniaci,
Mumiæ,
Galbani,
Thuris,

Costi,
Lumbricorum ana drachm. semis.
Picis nigræ,
Colophoniæ,
Ceræ albæ uncias duas.
Rad. consolidæ majoris,
Minoris ana drachm. tres.
Rosarum rubearum,
Myrrhæ,
Aloës ana grana decem & octo.
Succi Hypocistidis,
Gallarum immaturarum,
Balaustiorum,
Aristolochiæ rotundæ ana drachm. sex.
Visci Qvercini drachm. duas.
Terebinthinæ uncias duas,
Sangvinis hominis uncias novem.

Pellem arietinam integram cum omnibus pilis coqves in aqva, donec ferè omnino dissoluta sit in lentorem qvendam, qvem colabis. Hujus colaturæ sume libram unam, immitte in vas novum, in qvo viscum liqvabis lento igne, rudicula semper agitando, injice deinde Lumbricos, postea Ceram, Terebinthinam & Mastichen : his liqvatis adde Gummi Aceto dissoluta, & coqve ad *Cerati* crassitiem. Postremo injice qvæ terenda sunt probè trita, probeq; misce, & confice Magdaleones.

CERATUM SANTALINUM MESUÆ.

R. Rosarum rubearum unciam unam semis.
Santali Rubri drachm. decem.
Albi,
Citrini ana drachm. sex.
Boli Armenæ drachm. septem.
Spodij drachm. qvatuor.
Camphoræ in oleo dissolutæ drachm. duas.

Olei

Olei Rosati libram unam.
Ceræ albæ uncias sex.
Confice secundum artem.

CERATUM SPARADRAPPUM VIGONIS.

R. Hordei,
Myrtillorum,
Olei Rosati ana uncias duas.
Ungventi Populei uncias duas semis.
Pingvedinis Vituli,
Vaccini ana libram semis.
Axungiæ Porcinæ uncias qvinq;.
Folior. Plantaginis,
Solatri,
Matrisylvæ ana Manipulos duos.
Vini Granatorum acid. uncias octo.

Omnia simul pistentur & conqvassentur, ac per diem naturalem loco calido permaneant, deinde bulliant ferè ad humiditatis consumptionem. Postremum colentur & fortiter exprimantur. Colaturæ adde

Lithargyri auri,
Argenti ana uncias tres.
Minij cribrati drachm. decem.
Boli Armenæ,
Terræ sigillatæ ana drachm. sex.

Bulliant iterum ac baculo agitentur & cum cera citrina q. s. fiat *Sparadrappum*, addendo in fine cocturæ,

Camphoræ in Ol. Ros. sol. drachm. duas.
Terebinthinæ uncias tres semis.
Misce f. *Ceratum*.



DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS DECIMA NONA.

DE Simpliciũ qvorundam præparatione.

ADIPIS PRÆPARATIO.

R. Adipis à membranulis venulis ac fibris liberati q. v. & cum aqva Rof. fragrantiſsima frigida, vel aqva pluviali limpida in mortario marmoreo cum ligneo piſtillo puriſsimo conqvaſsando, tamdiu lava, donec mucorem ſangvinis omninò depoſuerit, & purus evaſerit. Deinde in cucurbitam inde vitream, & poſtqvam ejusdem cucurbitæ orificium charta bibula perforata clauſeris in MB igne lento tamdiu coqve, donec ſolutus, & ejus humiditas omnis conſumta fuerit, demum ex cucurbita effunde, per pannum cola & uſui ſerva.

ÆRIS PRÆPARATIO.

R. Laminarum æris à ſordibus per candefactionem, & in urina pueri extinctionem aliqvoties repetitam, mundatarum libram unam vel q. v. inde in crucibulum, & ei ſulphuris flavi & puriſsimi q. s. per ſtratum ſuper ſtratum admiſce, & crucibulum igni fortiſsimo tamdiu expone, donec ſulphur omnimodò deflagratum & æs friabile redditum fuerit, ut in pulverem tundi poſſit. Hic æris pulvis ulterius cum pulvere ſulphuris, ita ut æris libræ uni ſulphuris pulveris unciæ duæ jungantur per ſtratum ſuper ſtratum, in Crucibulo uratur & rudicula ferrea continuò agitando igne fortiſsimo ad ſulphuris conflagrationem calcinetur, & in crocum rubicundum convertatur.

AGARICI PRÆPARATIO.

R. Partium exteriorum Agarici albiſsimi, leviſsimi, rariſsimi & maximè friabilis libram unam, vel q. v. in porphyritide tamdiu

tamdiu teratur, usq; dum redigatur in pollinem, qvi cum tinctura seqvente inebriatus in mortario marmoreo cum ligneo pistillo continua trituratione tamdiu agitetur, donec acqvirat consistentiam pulpæ, qvæ chartæ albæ puræ illita sub tegmine bibulæ chartæ in loco calidiore & ficciore tamdiu deposita maneat, usq; dum trochiscorum formationi aptam & idoneam consistentiam acqvisiverit.

Tincturæ descriptio.

R. Zinziberis: albissimi unciam unam: Caryophill: aromaticorum, Spic. Celricæ ana drachmas duas: salis gemmæ scrup. qvatuor, salis Tartari Drachm. semis, grosso modo concisa & contusa in phialam indantur & affusa Spir: Vini opt: rectific: lib. ß. phiala exactè clausa in loco calido tamdiu deponatur, donec Spiritus Vini omnem tincturam extraxerit, tinctura hæc per chartam bibulam filtretur & usui servetur.

ALOES PRÆPARATIO.

R. Aloes succotrinæ electæ optimæ in pollinem redactæ lib. I. vel q. v. in cucurbitam vitream inde, eiq; affunde Spir. Ros. simplici destillatione cum Spir. vini & floribus rosarum facti lib. ß. succi Ros. pallidarum recenter expressi & per chartam bibulam trajecti & filtrati, succi violarum purp. itidem per chartam bibulam filtrati ana lib. I. Stent in loco calido tamdiu, donec Aloes omninò fuerit soluta, solutionem per pannum trajice, ut sordes, arenulæ, & Vesicarum pelliculæ in fundo maneant. Hoc facto iterum in cucurbitam inde, appositoq; alembico, blandissimo MB calore destillando menstruum separa, aloen verò in fundo sapæ instar relictam depuratam usui serva.

ALUMINIS USTIO.

R. Aluminis q. v. ponatur in fictile novum, & tamdiu uratur, donec tandem alumen totum efferbuerit, nec ulterius spumam emittat. Refrigeratum servetur ad usum.

ANA-

ANACARDIORUM PRÆPARATIO.

R. Anacardiorum ſiccatorum lib.ſem. vel q. vis, in porphyritide benè triturando primo in pollinem, deinde affundendo menſtrui correctorii q. s. ad pulpæ conſiſtentiam redige. R. hujus pulpæ qvantum adeſt.& in Vitrum latioris orificii inde, & in balneo arenæ calido ſpatula continuò agitando tamdiu depone, donec fuerit exſiccata, ita ut in pulverem redigi poſsit inpalpabilem, qvem iterum in porphyritide triturando, & cum eodem menſtruo correctorio guttatim affuſo irrorando ad pulpæ conſiſtentiam redige,& iterum exſicca, huncq; laborem bis repeto. Demum, ubi in pulverem ceſſerint. Anacardi, in vitro benè clauſo uſui ſerva.

Menſtruum correctorium.

R. Succi Citri recenter expreſsi, & per chartam bibulam filtrati, uncias ſex, ſucci Roſarum recens expreſsi & per chartam bibulam filtrati uncias qvatuor, Olei ſulphuris per campanem ſcrupul. ſex, miſce, dentur ad fictil. ſign. ut ſupra.

ARI PRÆPARATIO.

Radices Ari optimè mundatæ, teſſelatimq; inciſæ macerentur in vino albo ſpatio 24 horarum. Poſtea effundatur vinum per inclinationem, & ita repetatur ſecunda & tertia vice ſemper novum vinum affundendo. Denuò exſiccentur radices, ſerventurq; ad uſum.

ASELLORUM PRÆPARATIO.

Aſelli in liqvore inferius deſcribendo ter lavantur, totiesq; exſiccantur, & in pulverem rediguntur.

Liqvor ad Aſell. præparationem.

R. Succi Citri per chartam bibulam filtrati uncias octo, Vini albi opt. lib. I. Spiritus Vitrioli correcti Drachm. duas. Miſc.

AVELLANARUM PRÆPARATIO.

Avellanæ ablato Cortice extimo duro in vaſe aliqvo ſtan-

neo

neo furfuribus additis spatulâ supra ignem tamdiu agitantur, donec calore ipsarum humiditas omnis interna sit absumta: Deinde pellicula, qva teguntur, ipsis detrahitur. Cavendum autem, ne deurantur.

BOLI ARMENI PRÆPARATIO AD USUS INTERNOS.

R. Boli Armeniæ rubrij optimi purissimæ q.v. pulverisa & in vitrum latioris orificii inde, affundendo roris majalis q. s. ut pulpæ consistentiam acqvirat, pulpam hanc in aliud vitrum inde, & vitrum negligenter clausum in MB vel balneo arenæ tamdiu depone ut humiditate consumta bolus iterum in porphyritide teri possit in pollinem, qvi denuo majali rore irroratus, dicto modo exsiccatus iterumq; in pollinem redactus cum Spiritu vitrioli opt. correcti, q. s. instillatione guttatim facta irroretur, iterumq; exsiccatus in pollinem redigatur & usui servetur.

BOLI ARM. PRÆPARATIO AD USUS EXTERNOS.

Separentur sordes omnes & arenulæ aqva rosacea vel aceto, ut ter vel amplius perfusa siccataq; tandem pura evadat.

CERUSSÆ LOTIO.

R. Cerussæ qvantum volueris, pulverisetur, & in aqvæ Ros. sufficienti qvantitate dissolvatur, sine residere per noctem, postea separetur aqva per inclinationem, materia residua exsiccetur reponaturq; ad usum.

COLOCYNTHIDIS PRÆPARATIO.

R. Pulpæ colocynthidis rejectis seminibus lib. sem. vel q. vis, conscinde & contunde optimè & in vitrum latioris orificii inde, affundendo seri lactis caprini, aq. plantaginis ex succo & Sp. vini optimè rectificati ana q.s. Salis Tartari drach. semis, pone in loco calido ad digerendum per dies septem, totidemq; noctes, deinde prælo exprime, & liqvorem expressum serva. Magma-

ti denuo feri lactis caprini, aq. plantaginis ex fucco & Sp. vini rectificati eadem qvantitas, cum Salis Tartari uncia femis affundatur & balneo calido iterum reddantur, & per feptem dies totidemq; noctes iterum digerantur & exprimantur. Ambæ Expresfiones per chartam bibulam filtrando purificatæ in cucurbitam indantur, & appofito capitello deftillentur in MB vel balneo arenæ ad remanentiam in fundo fapæ. ℞. Hujus fapæ unc. duas. Pulv. Gummi Tragacanthi albi unc. fem. Bdellii drach. duas. Fæculæ aronis Mafticbis, ana unciam femis, Cryftall. Tartari drach. duas. Ol. deftill. Gariophyll. Macis ana fcrup. unum. Nucistæ: Cumini ana fcrup. femis f. l. a. *Trochifci.*

CHALYBIS PRÆPARATIO.

℞. Limaturæ chalybis q.v. cum pulvere fulphuris citrini in crucibulo per ftratum fuper ftratum calcinetur, & hæc calcinatio femper addito novo Sulphure toties repetatur, donec chalybs liqvefcat. Tunc exftingvatur in vino albo generofo, deinde in tigillo ad ignem fortem finatur per unam atq; alteram horam, ut optime exficcetur, & fulphur evanefcat & confumatur, tandem in porphyritide levigetur ad ufum.

COLCOTHARIS PRÆPARATIO.

Colcothar ad albedinem calcinatum, vel caput mortuum Spiritus vitrioli abluitur aqva communi toties, donec omnis falfedo & acrimonia prorfus abfumta fit, deinde exficcatur & ad ufum fervatur.

COMPOSITI SPERNIOLÆ PRÆPARATIO.

℞. Spermatis ranarum menfe martio triduo ante novilunium collecti q. vis, inde in manicam Hippocratis & in cellam depone, ut refolvatur. ℞. Liqvoris refoluti & ex manica Hippocratis per deliqvium qvafi deftillati lib. duas. Nitri purificati uncias duas mifce, & per chartam bibulam ter vel qvater filtrando purifica, hoc ita purificato liqvore pulverem feqventem, dum in porphyritide trituratur inftillatione guttatim facta irrora,

rora,irroratum & bibulæ chartæ illitum aëri calidiori & ſicciori expone, ut iterum ſiccari, & in porphyritide terendo in pollinem redigi qveat, & hunc irrorationis & exiſiccationis laborem toties & tamdiu repete, donec pulvis ſupra dictus liqvorem hunc planè abſorbſerit. Demum pulveri ſpermate ranarum ultimo imprægnato & exſiccato adde Camphoræ opt. Drach. ſex,miſce & ſerva.

Pulvis.

℞. Pulveris Boli armeniæ rubri præparati uncias duas. Myrrhæ ſelect. & thuris ana uncias qvatuor. Croci unciam ſemis. Miſce.

CORIANDRI PRÆPARATIO.

Coriandri ſemina tribus diebus aceto macerantur, deinde ſiccantur & reponuntur.

CORNU CERVI CRUDUM.

Raſpatum & in pollinem redactum vel per ſe vel aliis medicamentis admixtum, vel raſpatum tantũ in aqva ex ſucco ſcordei,Card.benedicti,&c.deſtillata coctũ ægrotantibus exhibetur.

CORNU CERVI USTUM hoc modo fit

℞. Cornu cervi crudi in taleolas ſecti, q. v. inde in ollam aliamq; ollam ſuperimpone, rimisq; non ita exactè clauſis igni furni figulini expone fortiſsimo, ut benè & exactè calcinari poſſit.

CORNU CERVI PHILOSOPHICI PRÆPARATIO.

In Philoſophica Cornu cervi calcinatione cum ipſe calcinandi modus omnibus jam notus ſit,illud tantũ obſervandum, ut calcinatio vaporibus ex herbis cordialibus, inprimis verò ex herba Card: benedicti, Scordei,cum aqva, qvæ ex ſuccis illarum herbarum elicitur, inſtituatur.

TENERARUM CORNU CERVI TYPHARUM PAÆPARATIO

℞. Tenellarum, molliũm, lanuginoſarum ac ſangvine turgidarum Cornu cervi typharum, q. v. lanuginoſam pellem de

trahe, frustulatim & minutim conscinde, cucurbitæ vitreæ immitte & in MB lento calore destillando exsicca, aqvam elicitam ter qvaterve cohobando: materiam in fundo cucurbitæ relictam & exsiccatam ex cucurbita exime, & in porphyritide terendo in pulverem redige, qvi cum Spiritu vitrioli correcto irroretur, iterumq; exsiccetur & ad usum servetur.

CRANII HOMINIS PRÆPARATIO.

R. Cranii hominis suspensi vel decollati, qvantum vis, in frustula frange, & ut in medio capitelli liberè hæreant, cœco capitello impone, capitellum cucurbitæ cũ Infuso cephalico mox describendo ad medietatem repletæ impone, & rimis omnibus clausis toties & tamdiu (semper decocto & absumpto primo infuso, novum infusum Cucurbitæ indendo) coqve, donec tactu vaporum elevatorũ frustula illa rara ac mollia reddita fuerint. Hoc facto frustula ex capitello exime, & postqvam aëri sicciori exposita, benè exsiccata fuerint, ut teri posſint in porphyritide, cum tinctura Cephalica mox describenda instillatione guttatim facta inebriando tere, ut fiat pasta, qvæ chartæ puræ illita aeri sicciori exponatur, ut siccari & iterum redigi posſit in pulverem, qvi dictâ tinctura iterum inebrietur & iterum exsiccetur, hicq; labor inebriationis & exsiccationis ad minimum decies repetatur, demum exsiccetur, pulverisetur & usui servetur.

Infusum.

R. Radicum Pœoniæ, Visci Qvercini ana uncias duas, foliorum Rorismarini, Salviæ, Majoranæ, Melissæ ana M. qvatuor, Florum Pœoniæ, Lavendulæ, Tiliæ ana pugill. qvatuor Liliorum Conv. recenter lectorum lib. duas, sem. Pœoniæ uncias duas Salviæ unciam semis. Concisa & contusa dividantur in qvatuor partes æqvales, unamqvamq; partem excipiendo sua theca. Sign: *Species per infuso.*

Tinctura.

R. Radicum Pœoniæ justo tempore effosarum, visci Qvercini

cini ana unciam ſemis, Foliorum Majoranæ, Salviæ, Rorismarini ana M. 1. Flor. Pœoniæ, Salviæ, Lavendulæ, Tiliæ ana Mj. ſem, Liliorum Conv. unciam unam ſemis. Seminis Pœoniæ unc. ſemis. Conciſa & contuſa minutiſsime inde in cucurbitam affnndendo Spiritus Vini opt. rectif. lib. ſex. Cucurbita bene clauſa ponatur ad digerendum per dies tres, deinde appoſito capitello deſtilla. R. Spiritus deſt. lib. tres, Spiritus Salis, Spiritus Vitrioli opt. ana drachm. qvatuor, miſce & in illa mixtura infunde pulv. groſsi radicum pœoniæ uncias tres, viſci Qvercini unciam unam ſemis, florum Liliorum Conv. M. ſex. Pœoniæ M. qvinq;, Semin. Pœoniæ uncias duas, ſalis Tartari Drach. duas, ſtentq; in cucurbita ita clauſa in loco calido per 14. dies, deinde facta leni ebullitione in MB fortiter exprime & cola. R. Colaturæ ſaturatim tinctæ, qrantum adeſt, & in cucurbita vitrea in balneo arenæ deſtilla primò liqvorem ſpitituoſum, qvem ad uſus neceſſarios in vitro ſerva, deinde & minus ſpirituoſnm ad remanentiam in fundo ſapæ. R. Hujus ſapæ uncias tres, ſpiritus primi deſtillati optimi unciam unam, miſcedentur ad vitrum, ſignetur *Tinctura Cephalica.*

Idem proceſſus in præparatione UNGULÆ ALCIS obſervari poteſt.

DENTIUM APRORUM PRÆPARATIO.

R. Dentium Aprorum in pollinem redactorum, q. v. & cum mixtura mox deſcribenda, guttatim affundenda in porphyritide continuò terendo aliqvoties irrora, exſicca & uſui ſerva.

Mixtura.

R. Succi Cardui mariæ ex foliis recentibus recentiſsimè extracti & inſpiſſati unciam unam Spiritus Nitri correcti ſcrupul. ſex, aqvæ Cardui mariæ ex ſucco deſtillatæ unciam unam, Miſce.

CUPEROSÆ PRÆPARATIO.

Cuperoſa eſt ſpecies vitrioli, albi coloris, transparens veluti cryſtallus, ſi recens eſt, vetuſta opaca, ſed alba frangibilis ſicut

vitriolum, dissolvitur aqva rosacea & colatur per pannum, deinde ad solem ter qvaterve exsiccatur.

EBORIS PRÆPARATIO.

R. Eboris selecti & in tenues lamellas dissecti lib. I. eaq; fictili crudo nondum cremato indatur, vasculi portione aliqva in summitate aperta relictâ ne ebur inter urendum nigrescat. Postea coqvatur una cum reliqvis fictilibus ad perfectionem. Dehinc exemptum teratur & aqva Rof. abluatur, & rursum siccetur, idq; tertio repetatur. Demum in marmore lævigetur & f. l. a. *Trochisci.*

ELATERII PRÆPARATIO.

Succus fructus Cucumeris Sylvestris maturi digeritur in balneo Mariæ, usq; dum claresit, separatur à fæcibus, & inspissatur ad formam massæ, ut pastilli ex ea formari posśint.

ESULÆ PRÆPARATIO.

R. Radicum Esulæ minoris, q. vis, in frustula conscinde, in Cucurbitam inde, & in balneo arenæ cum infuso seqventi irrora sæpius, ad minimum duodecies, & toties iterum exsicca & serva usui.

Infusum.

R. Florum Rosarum opt: rubr. Manip. tres, Cinam: acut. unc. tres. Sem. Psillii drachm. duas Gum. Tragacanthi drach. duas. Concisa & contusa minutiśsime inde in cucurbitam affundendo aceti Vini cum Spiritus vitrioli correcti drachm. duabus, commixti lib. unã, misce & cucurbitam benè clausam in loco calido pone tamdiu, donec omnis tinctura ex speciebus jam dictis fuerit extracta: Deinde leniter exprime, & per chartam bibulam filtrando cola.

EUPHORBII PRÆPARATIO.

R. Euphorbii non adeo recentis in aqva Melissæ ex succo cum Spiritu Vitrioli acuati soluti, & per chartam bibulam filtrando colati & iterum coagulati q. vis, redige in frustula, &

malo

malo Citr. excavato inde, & pasta panis obvolve, & in clibano coqve, ita præparatum euphorbium in vitro clauso serva.

Vel hoc modo:

R. Euphorbii solutione per aqvam Melissæ, & filtratione per chartam bibulam purificati & iterum coagulati qvantumvis, inde in vitrum latioris orificii, & infusi mox describendi tantum affunde, ut sex digitos transversos super emineat. Vitrum bene clausum in loco calido depone ad digerendum per 14. dies, totidemq; noctes, deinde per chartam bibulam cola, lento igne iterum inspissa, coagula & usui serva.

ELLEBORI NIGRI PRÆPARATIO.

R. Tenellarum fibrarum radicum Ellebori nigri q.v. in cucurbitam inde, in balneo arenæ calido depone, & cum phlegmatis Vitrioli cum æqvis partibus sui proprii Spiritus, & succi citrei depurati s.q. prius acidulati, undecies instillatione pedetentim facta irrora, & toties exsicca & usui serva.

HIRUNDINUM USTIO.

R. Pullorum hirundinum q.vis, & postqvam (exemtis prius intestinis) eos cum tincturâ Myrrhæ asperseris, in Cucurbitam vitream satis capacem suspende, & cucurbitam hanc non ita exactè clausam in balneo arenæ calidissimo depone, ut sensim ac sensim exsiccando in pollinem redigi possint.

Tinctura Myrrhæ.

R. Myrrhæ elect. & pulveris. uncias qvatuor, inde in cucurbitam & affunde Spiritus vini rectific. q.s. ut septem digitos transversos supernatet, Cucurbitam exactè clausam in balneo arenæ vel Ciner. depone ad tincturæ extractionem. Tincturam extractam seu spiritum tinctum decanta, & in vitro clauso serva.

Idem processus in JECORIS LUPI, INTESTINORUM LUPI, PELLICULOR VENTRICUL. GALLINARUM & VESICARUM APRORUM præparatione observari potest.

LAC-

LACCÆ LOTIO vel PRÆPARATIO.

Lacca trita aqva fontana, cui Ariſtolochia & Schœnantos ad æqvas partes incocta fuerint, lavetur, piſtillo ſemper agitando, qvoad clareſcat: Qvod reſedit coletur & ſiccetur.

Vel: Loco decocti Ariſtolochiæ & Schœnantos ſumantur aq. pluvialis deſtillatæ lib. I. ſemis, & Spir. vini opt. correcti uncias qvatuor.

LAPIDIS LAZULI PRÆPARATIO.

Lapidis lazuli in Mortario marmoreo vel porphyritide in pollinem redacti lib. ſemis vel q. vis, in Crucibulum inde, & Crucibulum benè coopertum igni cœmentationis per tres horas expone, ut optimè calcinari, in Spiritu vini opt. rectificati q. s. extingvi, & iterum redigi poſsit in pulverem ſubtiliſsimum, qvi à terreis excrementis per lotionem aqvæ Meliſſæ ex ſucco deſtillatæ liberatus, cucurbitæq; inditus, cum ſufficienti qvant. Spir. vini rectif. per tres dies digeratur, deinde abſtracto per deſtillationem Spir. vini pulvis in fundo reſiduus optimè exſiccatus in vitro clauſo uſui ſervetur.

Vel ad modum Magiſterii ita præparetur:

Lapidis Lazuli q. v. in porphyritide terendo redige in pulverem ſubtiliſsimum, qvi cum qvantitate ſufficiente Sulphur: flavi pulveriſ. per ſtratum ſuper ſtratum in crucibulo calcinatus in aceti vini deſtillati, cum Spiritu ſalis q. s. optimè acuati ſolvatur & cum oleo Tartari per deliqvium facti præcipitetur, per chartam bibulam filtretur, & in ſole exſiccatus in vitro benè clauſo uſui ſervetur.

LUMBRICORUM TERRESTRIUM PRÆPARATIO.

R. Lumbricorum terreſtrium toties & tamdiu cum vino optimo, donec impuritatem omnem depoſuerint, lotorum uncias duodecim, vel q: vis, inde in vitrum latioris orificii & cum tinctura Myrrhæ qvantum ſufficit, aſperge & benè irrora, demum in balneo arenæ depone, ut exſiccentur.

MAN.

MANDIBULARUM LUCII PISCIS PRÆPARATIO.

Eodem modo inftituitur ut præparatio dentium Aprorum.

MEZEREI PRÆPARATIO.

R. Foliorum Mezerei q. vis, inde in vitrum latioris orificii & cum s. q. aceti rofacei afpergendo irrora. Vitrum facta irroratione leniter claufum in loco calido depone, ut fenfim & fenfim exficcari pofsit.

MYRRHÆ PRÆPARATIO.

Myrrha in vino ad ignem MB diffoluta adhuc calens per linteum transcolanda eft.

OESYPI PRÆPARATIO.

Lanæ fuccidæ, h. e. nondum purgatæ, qvæ ex collo feminibus & femoribus ovium defatigatarum fuerit detonfa, affundatur aqva fervens pluries, & lavetur diligenter, qvousq; omnem fuam pingvedinem in aqvam depofuerit. Poftea expreffa lana feponatur, & aqva illa pingvis & fordida ex vafculo aliqvo diutifsimè ex alto fundatur & refundatur, donec fpumofa fiat, ac tum fpuma finatur fubfidere & colligatur, aqvæ innatans pingvedo auferatur; qvod tamdiu fiat, donec non amplius appareat fpuma, & nulla concrefcat fupra aqvam pingvedo. Tum collectam pingvedinem cum fpuma in aqva pura manu fubigendo lavare, fordesq; immixtas fæpius aqvam renovando auferre debemus, donec pura effluat, & pingvedo admota lingvæ non mordeat, deinde reponatur in fictili denfo frigido loco.

OLEI LOTIO S. LAVANDI MODUS.

In Phiala magna vitrea, qvæ vulgo vocatur boccia, collum habente longum unum brachium & continente lib. fex vel octo liqvoris, infundantur duæ partes aqvæ ferventis, & una olei, deinde agitentur omnia diligentifsimè, donec optimè mifceatur oleum cum aqva, & tota illa materia candida fiat. Liqvor

albus factus tollatur è phiala, & ponatur in catino sub sole, ibiq; detineatur, usq; dum separetur oleum ab aqva; qvod ubi separatum fuerit, colligatur magno cochleari & asservetur.

PELLICULARUM VENTRIC. GALLINARUM PRÆPARATIO.

Laventur vino albo, postea exsiccentur & reponantur pro usu,

PILORUM LEPORIS USTIO.

Fiat, ut ustio hirundinum.

PILARUM MARINARUM PRÆPARATIO.

Eodem modo fit, qvo Serici crudi terrefactio supra dicta.

PLUMBI USTIO & LOTIO.

Plumbum cum sulphure perstratum super stratum uritur, post ustionem sæpius abluitur & exsiccatur.

Commodius plumbum ab aliis cum Sale calcinatur, liqvato enim plumbo sensim Sal communis inspergitur, & spatula continuo agitatur, donec plumbum in pulverem abeat, qvi beneficio aqvæ simplicis à sale liberatus colorem cineritium acqvirit.

SANGVINIS HIRCINI PRÆPARATIO.

Sangvinis Hirci per duos menses apio, Petroselino, Pimpinella, Levistico & similibus nutriti, & ita cornibus, ut crura posteriora ad cornua sint reflexa, suspensi testibus abscisis lib. qvatuor vel q. v. vase mundo excipe, & abjectis partibus Ichorosis concrescere & in furno in grumos resiccari sine.

SCAMMONII PRÆPARATIO.

R. Scammonii optimi & purissimi in mortario marmoreo in pollinem redacti uncias sex vel q. v. & cum Spir. vitrioli opt. Correcti vel Oleo Sulphuris per campanam, trituratione in Porphyritide irrora, sub finem addendo Ol. Anisi, Fœniculi, Carui, Cymini ana scrup. tres, iterum terendo, misce ut fiat Massa instar picis viscida, qvam in vesica bubula usui serva.

SCO-

SCORIÆ FERRI PRÆPARATIO.

Limatura ferri in aqvam limpidifsimam projecta manibus fricetur & abluatur toties, donec forditiem depofuerit, huic deinde in vitream patinam inditæ affunde modicum aceti, ut id non emineat, fed folùm limatura ex eo humectetur; hanc fic diebus triginta macera, tandem tere & repone.

SCORPIONUM USTIO.

Idem proceffus eft, qvi fuit in uftione hirundinum.

SCILLÆ PRÆPARATIO.

R. Scillam recentem, hanc rejectis aridioribus tunicis extimis paftâ panis involve, eamq; in clibano ad panis fufficientiam coqve; exemptam cultro ligneo folido, aut ex offe parato, in laminas diffeca, qvas filo traijce, ita ut una alteram non attingat, & loco ficco appenfas exficca.

SERICI CRUDI TORREFACTIO,

Folliculi Serici exemptis vermibus incifi, in furno tepido ollæ novæ impofiti ficcantur, dum pofsint in mortario per trituram in pulverem redigi.

SPONGIARUM USTIO & COMBUSTIO.

Fit, ut hirundinum uftio.

SULPHURIS VIVI PRÆPARATIO.

R. Pulveris Sulphuris vivi, qvantum volueris, fuperfunde vini albi q.s. ftent ita per diem & noctem fæpius movendo, deinde feparetur vinum per inclinationem & fic repetatur fecunda & tertia vice. Tandem exficcetur & fervetur ufui.

TEREBINTHINÆ COCTIO vel COQ. MODUS.

Terebinthinæ lib. una coqvitur in lib. viginti qvatuor aqvæ, donec odorem amittat, & infpiffetur, adeò ut refrigerata digitis in pulverem teri qveat ac vitri modo difsiliat.

TUTIÆ CALCINATIO & PRÆPARATIO.

Tutia Arabum ſ. Græcorum Cadmia, Botryites Dioſcorid. aliqvoties vel ad minimum ter in crucibulo candefiat, deinde ſingulis vicibus aqvâ Roſ. extinguatur, tunc demum trita levigetur in marmore. Alii ſic præparatam linteo includunt, & in vaſe aqva clara pleno hinc inde agitant, ut tenuior ac melior ejus pars in aqvam effluat, craſsiore in linteolo relictâ. Inde cum reſederit, aqvam auferunt, ac ſupra Porphyritidem ex aqva Roſacea molunt, tandemq; in paſtillos cogunt.

VESICARUM APRORUM PRÆPARATIO.

Veſicæ à pingvedine & membranulis optimè mundatæ incidantur in minutiſsima fruſtula, macerentur in vino rubro per viginti qvatuor horas, poſtea abjecto vino exſiccentur veſicæ & ſervetur pulvis ad uſum.

VITRI USTIO vel COMBUSTIO & PRÆPARATIO.

Accipe fruſtum vitri clari ſubtiliter pulveriſati ac cribrati, qvod in ollula ferrea tamdiu ponatur ſuper prunas, ut ferrum candeſcat, deinde extinguatur in acervo facto ex cinere ſtipitum fabarum. Qvo facto iterum pulveriſetur, & rurſum ignitum in priore acervo extingvatur, idq; toties repetatur, donec optimè in cinerem ſit redactum.

Id apparet, qvando non amplius reſplendet, & inter digitos attritum non ſit aſperum, inq; os ſumtum dentibus non edat ſonitum. Hic cinis vitri in marmore porphyritico ſubtiliſsimè pulveriſetur.

UNGULÆ ALCIS PRÆPARATIO.

Idem parandi modus eſt, qvi in Cranii humani præparatione deſcriptus fuit.

Reliqva præparata ſolâ fere lævigatione ac triturâ perficiuntur, ut ſunt

Blattæ

Blattæ Byzantinæ cum aq. Rof.
Coriall: alb: cum aq. Rof.
Rub: cum aq. Rof.
Lapides Ætitis cum aq. Tormentillæ.
Calaminaris cum aq. Rof.
Carneoli vel *Sardæ* cum aq. Rof.
Chrysoliti cum aq. Rof.
Cryftalli cum aq. Bugloffæ.
Granati Or. cum aq. Rof.
Hæmatitis cum aq. Burfæ Paftoris.
Hyacinthi cum aq. Rof.
Judaici cum aq. Saxifragiæ.
Lyncis cum aq. Malvæ.
Nephritici cum aq. Petrofelini.
Rubini cum aq. Rof.
Sapphiri cum aq. Rof.
Smaragdi cum aq. Rof.
Topazii cum aq. Rof.
Margaritarum Oriental. cum aq. Rof.
Matris Perlarum cum aq. Rof.
Oculorum Cancri cum aq. Fragor.
Ovorum putaminum uftorum cum aq. Linariæ.
Succini albi cum aqva Betonicæ.



DIS-

DISPENSATORII HAFNIENSIS CLASSIS VIGESIMA.

De

SPIRITIBUS, ESSENTIIS, OLEIS, BALsamis, Magisterijs, Salibus, alijsq; medicamentis Chymicis.

SPIRITUS ABSINTHII.

R. Absinthii vulgaris, qvantum placet; superinfunde spiritus vini tantundem, ut digiti unius latitudine supernatet, macerentur per octiduum, deinde per Balneum Mariæ, spiritus lege artis evocetur.

Hoc etiam modo parantur:

Spiritus *Cardui benedicti.*
Chamomillæ Romanæ,
Liliorum Convallium.
Melissæ.
Veronicæ.

SPIRITUS ANISI.

R. Seminis Anisi lib. semis.
Spiritus Vini simplicis mensuram unam.
Macerentur per octiduum & per MB spiritus eliciatur.

Ita etiam fiunt:

Spiritus *Carui.*
Cerasorum.
Fœniculi.

SPIRITUS CERASORUM NIGRORUM.

R. Cerasorum nigrorum q.vis; contundantur, & ponantur in vase ligneo, in eoq; maneant usq; ad fermentationem, deinde per vesicam destillentur & exibit Spiritus.

Hac

Hac ratione destillantur
Spiritus *Cydoniorum.*
Ebuli ex baccis.
Fragorum.
Juniperi ex baccis.
Sambuci ex baccis.

SPIRITUS EUPHRASIÆ.

R. Florum Euphrasiæ selectissimorum recentissimè collectorum & contusorum uncias qvatuor, rad: contus. Valerianæ; Chelidoniæ ana drach. qvatuor. Pulv. grofs. Doronici, Cassiæ ligneæ, Amomi veri, Mari veri, foliorum Ruthæ ana drach. duas. Misce & in cucurbitam inde, affundendo Spiritus Cerasorum nigrorum lib. qvatuor, aqvæ hirundinum compos. lib. duas, stentq; in loco calido in infusione per septem dies, totidemq; noctes: deinde fiat l. a. leni calore destillatio. liqvori destillato adjunge salis proprii ex fœcibus post destillationem relictis Extracti qvant. receperis, & serva usui.

SPIRITUS ROSARUM.

R. Rosarum fragrantium tempore sicco collectarum qvantum libet: Contundantur & in vase vitreo vel ligneo compressæ reponantur in cellam: deinde cum Sale vel pauculo fermenti fiat stratum super stratum, destillentur per vesicam; destillata aqva novis rosis fermentatis affundatur & destilletur, donec perfectum spiritum habueris.

SPIRITUS SALIS.

R. Salis commuuis, qvantum lubet, solve & coagula; Solutum cum terræ figulinæ siccæ pondere æqvali commisce, pastillos forma, Exsiccatos retortæ inde & destilla, usq; dum nihil amplius egrediatur Spirituum.

SPIRITUS SALIS NITRI.

R. Salis Petræ s. nitri lib. unam.

Boli communis vel terræ figulinæ lib. tres, destillentur per retortam igne reverberii spatio duodecim horarum, & habebis spiritum rubicundum.

SPIRITUS SULPHURIS.

Ponatur sub campana vitrea vas aliqvod terreum cum sulphure, qvod accendatur: ita verò vas subjectum ad campanam applicetur, ne fumi egredientes flammam suffocent, sed ut libere ascendentes in liqvores coagulentur, qvi in scutellam appositam destillentur.

SPIRITUS TARTARI.

R. Tartari albi puri lib. qvinq; Pone in retortam vitream, eiq; in ignem cinerum vel potius arenæ collocatæ, recipientem satis capacem adapta, & luta, dato igne per gradus, primo spiritus egreditur, postea oleum fœtidum, qvæ rectificari debent.

SPIRITUS VITRIOLI.

R. Vitrioli purificati lib. sex.

Inijciantur retortæ benè lutatæ, huic aptetur recipiens amplum, commissuris benè clausis accendatur ignis gradatim, & post tres ferè horas phlegma stillare incipit; hinc ignis paulatim augeatur, circiter horam septimam albis spiritibus apparentibus iterum augeatur ignis, & ita continuetur per integrum diem; tandem detur maximus ignis, & continuetur labor in diem tertium: refrigeratis omnibus destillatione per cineres facta rectificetur spiritus, & exibit spiritus clarus & albus.

SPIRITUS CEPHALICUS.

R. Flavedinis corticum Citrii recentis,
Seminis Pœoniæ rec: excor. ana uncias qvatuor.
Baccarum Juniperi maturarum,
Lauri decort. ana Drachm. duas.
Cinamomi acutissimi uncias tres.
Ligni Aloes optimi,

Dictamni albi,
Caryophillorum ana unciam unam.
Nucis Moschatæ,
Macis,
Galangæ minoris,
Costi albi aromatici ana unciam semis.
Santali Citrini odoratissimi,
Cardamomi minoris,
Piperis albi ana drachm. tres.
Longi drach. unam.

Macerentur cum lib. viij. spiritus vini rectificati optimi, stent in infusione per decendium. Insuper

R. Menthæ crispæ,
Lavendulæ,
Pulegii,
Nepetæ,
Salviæ nobilis,
Fœniculi,
Melissæ ana uncias tres.

Infundantur cum Vini Malvatici optimi lib. qvinq;, stent per sex dies, postea destillentur, destillatum addatur priori spiritui colato, & simul mixtis dissolve sacchari candi albissimi lib. unam, colentur omnia iterum, additis in fine Croci Or. drach. una Ambræ electæ gr. qvindecim & moschi finissimi scrup. semis, in sindone tenui ligatorum; Servetur usui.

SPIRITUS SEU TINCTURA DIATRION.

R. Tincturæ Theriacalis, Myrrhatæ, camphor.
Crocatæ uncias qvinq;.
Spiritus Tartari ex crystallo tartari facti & optimè rectificati uncias tres.
Vitrioli opt. rectificati unciam unam. Misce,

Digerantur in phiala hermeticè sigillata per tres hebdoma-

das in die bis movendo; deinde usui serva, signetur ut supra.

Tinctura Theriacalis.

R. Theriacæ Andromachi veteris uncias qvinq;.
Myrrhæ rubræ optimæ & sel. uncias duas semis.
Croci austriaci unciam semis.

Contundenda contundantur & conscindenda conscindantur, misceantur, indanturq; in cucurbitam, & affundantur Spiritus vini tertia rectificatione ab omni phlegmate liberati unciæ qvatuordecim. Cucurbita benè clausa in loco calido tamdiu deponatur, donec Spiritus saturatim fuerit tinctus, Spiritus tinctus effundatur, aliusq;, ut tingatur, denuò affundatur, & hic effusionis & affusionis labor toties & tamdiu repetatur, donec ex prædictis speciebus omnis tinctura fuerit extracta. Tinctos spiritus omnes conjunge, in phialam inde & postqvam illis Camphoræ benè tritæ drach. duas addideris, & phialam benè clauseris, in loco calido ad digerendum per qvatuordecim dies depone & usui serva.

TINCTURA SEU SPIRITUS DIAPENTE.

R. Elixir. propriet. Paracelsi unciam unam.
Tincturæ Theriacalis Camphoratæ Crocatæ drachm. unam semis.
Spiritus vitrioli rectificati drach. unam.
Salis cum XXX. fol. auri nutriti drach. unam.
Tartari ex Crystall. tartari facti & optimè rectificati scrupul. duos.

Omnia simul misceantur & digerantur per qvatuordecim dies, deinde reserventur usui. Signetur.

SPIRITUS VITRIOLI CORDIALIS ANGELI SALÆ.

R. Apicum cornu cervi Philosoph. calcinatorum & pulverisat. uncias sex, Spiritus vitrioli optimè rectificati uncias octo, inde

inde in vitrum latioris orificii, vitrum benè claudatur, & in loco calido deponatur ad exsiccandum, ut redigi posſit in pulverem, deinde per retortam magnam deſtillentur & liqvor elicitus in vitro benè clauſo uſui ſervetur. Signetur.

ELIXIR PURGANS PANCHYMAGOGUM.

R. Enchylomatis laxativi Panchymagogi lib. qvatuor.
Correct: Panchymagogi lib. unam.
Julepi roſacei lib. qvatuor.

Miſce & per chartam bibulam filtrando cola, & in vitro opt. clauſo uſui ſerva. Signetur.

ENCHYLOMA LAXATIVUM PANCHYMAGOGUM.

R. Hermodactylorum ſelect. unciam unam ſemis.
Rad: Jalappæ, Mechoacannæ ana unciam unam drachm. duas.
Turpethi albi & gummoſi unciam unam ſemis.
Rhabarb. optimi unciam unam ſemis.
Elleb. nigri præparati drachm. ſeptem.
Polipodii Qverc.
Aſari,
Agarici albiſsimi ana drachm. tres.
Corr. rad. Eſulæ præpar. drach. ſex.
Sem. Carthami drach. ſex.
Ebuli drach. tres.
Fol. Senæ alexand. ſelect. unciam unam ſemis.
Salis Tartari drach. ſex.

Conciſ. & cont. infundantur in Spiritu Vini optimè rectificati, & cum uncia una Spiritus ſalis opt. rectificati acuati unciis qvadraginta duabus, ſtentq; in vitro benè clauſo in loco calido in infuſione per ſeptem dies, totidemq; noctes, vel donec ſpiritus ſaturatim fuerit tinctus, Spiritum tinctum effunde, aliumq., ut iterum tingatur, iterum affunde, & hunc effuſionis

& reaffusionis laborem qvater, vel toties & tamdiu repete, donec supradictæ species omnem tincturam exuerint. Tinctos spiritus omnes conjuge & misce, MB lento caloris gradu destilla ad remanentiam in fundo sapæ, qvam ad usum mox seqventem serva. Jam

R; Sapæ seu extracti hujus, qvantum adest, Spiritus ab extracto hoc reservati qvantum adest,

Simul misce & in phialam inde, eandemq; optimè clausam in loco calido depone, per triduum vel qvatriduum ut benè uniantur, qvo facto per chartam bibulam filtrando cola. Signetur.

ENCHYLOMA PANCHYMAGOGUM CORRECT.

R. Flavedin. Cortic; Citri recenter exsicc. uncias duas,
Aurantiarum rec. exs. unciam unam.
Cinamomi opt. drach. tres.
Zinziber. albiss. drach. unam.
Spicæ Celtic. scrup. unum semis.
Santalorum omnium ana scrup. qvatuor.
Macis drach. duas.
Flor. Viol. purpurearum.
Borraginis ana pug duos.
Salis Tartari drachm. duas.

Concisa & Contusa infunde in Spiritus Vini opt. dephlegmati, Citrati & cum uncia semis Spiritus salis correcti, acuati unciis duodec. stentq; in vitro exactè clauso in loco calido in infusione, usq; dum spiritus optimè fuerit tinctus, spiritum tinctum effunde, aliumq;, ut tingatur, affunde, & hunc effusionis & affusionis laborem qvater vel toties repete, donec species supradictæ omnem tincturam deposuerint. Tinctos Spiritus omnes conjunge & in MB destilla ad remanentiam in fundo sapæ, qvam ad usum seq. Serva.

R, Sa-

R. Sapæ f. Extracti Correctorii Panchym: q. adest. Spiritus ab Extracto hoc Correct: reservati qvantum adest, simul misce exactissimè & in phialam inde, eamq; in loco calido optimè clausam per triduum vel qvatriduum, ut benè jungantur & uniantur, depone, qvo facto per chartam bibulam filtrando cola & usui serva. Signetur.

ELIXIR PESTILENTIALE
TYCHONIS BRAHÆI Nobilis Dani.

R. Essentiæ Theriacalis mox describendæ uncias undecim.
Tincturæ Sulphuris Juniperatæ succinatæ unc. unam.
Extracti Angelicæ,
Salis absynthei,
Essentiæ Carabis albi ana unciam semis.

Simul M. & in Cucurbit: inde affundendo Spir. Vini Theriacal. ab essentia Theriacali post abstractionem reservati tantum, ut qvatuor digitos transversos supernatet, Cucurbitam benè clausam in MB calido depone, ut materia digeratur per octiduum, deinde per chartam bibulam filtrando cola, Colaturam novæ Cucurbitæ inditam destilla, usq; dum in fundo remaneat sapa instar picis liqvidæ, qvæ Usui servetur. sign: ut supra.

Essentia Theriacalis.

R. Theriacæ optimæ libram unam, inde in Cucurbitam, affunde Spir: Vini optimè rectificati tantum, ut ad qvantitatem palmæ supra Theriacam extet, postea vitro benè obturato fiat digestio in MB tepido per septimanam, qva peracta, materia omnis qvæ in vitro est, per chartam bibulam filtretur & liqvor rubicundus admodum & pellucidus, qvi hac filtratione provenit, indatur Cucurbitæ vitreæ & supraposito alembico cum suo recipiente rimis utrobiq; optimè clausis fiat lenta destillatio in Balneo mediocriter calido, donec Sp: Vini in rece-

tracu um guttatim evocatus, Essentiam Theriacæ in fundo Cucurbitæ vitreæ instar mellis liqvidi colore ad subrufa nigredinem tendente reliqverit.

Tinctura sulphuris Juniperata Succinata.

R. Flor: Sulphuris ter è Colchotare puro sublimator: & qvarto ex Aloe, Myrrha & Croco semel leniter sine adustione elevatorum uncias qvatuor, his superfundantur in Cucurbita vitrea oblonga de oleo Baccarum Juniperi opt: rectificato unciæ octo, Ol. Succini albi opt: rectificati unciæ duæ; stent in loco calido in in fusione in vitro benè clauso per octiduum, vel tam diu, donec tinctura rubicundissima ex floribus sulphuris fuerit extracta, qvæ per chartam bibulam filtrando coletur & usui servetur. Signet. ut supra.

Extractum Angelicæ præparatur per vini alkohol more & via alias nota.

Modus salem Absynthei præparandi Pharmacopeis notus.

Essentia Carabis albi præparatur per vini alkohol modo Pharmopolis usitato.

ELIXIR PESTILENTIALE CROLLII.

R. Balsami sulphuris Juniperati, succinati uncias qvatuor.
Tincturæ Theriacalis Myrrhatæ, Camph: superius descriptæ uncias tres.
Enchylomatis tincturæ d. tribus drach. unam semis.

Misce, & in phialam inde exactè claudendam: Phialam clausam in MB calido depone per decem & qvatuor dies, ut benè jungantur & uniantur, & usui serva; Signetur.

Balsamus sulphuris juniperatus Succinatus.

R. Florum sulph. tertio sublimatorum uncias tres.
Ol. Juniperi destillati & in balneo rectificati unc. octo.

Succini

Succini albi terna rectificatione in MB ab odoris vehementia liberati uncias duas.
Digerantur ſimul; ut fiat florum ſolutio.

Enchiloma de tribus.

℞. Rad. Enulæ recenter exſiccatæ.
Angelicæ recent. exſicc.
Baccarum Juniperi ana uncias qvatuor.

Groſſo modo conciſa & contuſa miſce, & inde in Cucurbitam, & affunde Spiritus vini optimè rectificati uncias ſedecim, ſtent ſimul in loco calido in infuſione, donec ſpiritus ſaturatim fuerit tinctus, ſpiritum tinctum effunde, & novum, ut tingatur, iterum affunde, & hunc laborem toties repete, donec ſpecies ſupra dictæ omnem tincturam depoſuerint. Tinctos Spiritus conjunge & per MB deſtilla ad remanentiam in fundo ſapæ, qvam ad uſum mox ſeqventem ſerva. Jam

℞. Extracti hujus uncias tres.
Spiritus ab Extracto reſervati uncias ſex.
Eleoſachar. Angelicæ,
Helenii,
Juniperi ana drach. unam.

Miſce, dentur ad ſict. ſignetur *Enchyloma de tribus.*

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI.

℞. Myrrhæ Elect.
Aloës Epaticæ opt. mundatæ
Croci Auſtriaci ana uncias qvatuor.

Pulveriſentur diligentiſsimè & in vitrum indantur humectando cum optimo Spiritu vini alcoholiſato ut fiat inſtar paſtæ; deinde affundatur Oleum Sulphuris per campanam ex ſulphure flavo ad eminentiam qvatuor digitorum, ponantur in digeſtione per duos menſes, tandem, qvod tinctũ & extractum fuerit, per inclinationem ſeparetur: materiæ in fundo reſtanti Spiritus Vini exactè dephlegmatus affundatur, & circulando per

per menses duos servetur, iterumq; coloratus separetur, ac priori liqvori colorato misceatur. Fœces in fundo relictæ in balneo roris lento caloris gradu destillentur & NB qvod primum egreditur superiori tincturæ addatur, & ita per mensem adhuc circulentur.

ELIXIR UTERINUM.

R. Castorei lib. semis.
Croci Austriaci uncias duas.

Concisa & contusa indantur in cucurbitam, & affundatur Spiritus vini optimi & rectificatissimi q. s. ut qvatuor digitos transversos supernatet, vitrum benè clausum in loco calido in infusione tamdiu detineatur, donec Spiritus vini tincturam extraxerit, Spiritus tinctus effundatur, & novus, ut itidem tingatur, affundatur, & hic labor toties repetatur, donec species supra dictæ tincturam omnem deposuerint. Tincti spiritus conjungantur & in MB destillentur ad remanentiam in fundo sapæ, qvam ad usum mox seqventem serva.

R. Extracti hujus uterini uncias qvatuor.
Spiritus ab extracto hoc reservati uncias octo.
Extract: Arthemisiæ cum aq. Melissæ & cum Spiritu vini facti uncias qvatuor.
Salis Matris Perlarum unciam unam,
Eleosachar: Anisi,
Succini
Angelicæ, ana drach. sex.

Misce & in phialam inde, eandemq; Hermeticè clausam in loco calido depone ad digerendum per dies qvatuordecim deinde per chartam bibulam filtrando cola, & sign. ut supra.

ESSENTIA VERA ET SIMPLEX AMBRÆ.

R. Ambræ gris: cum sachari q. s. triturando in mortario marmoreo resolutæ drach. duas Moschi orient, gr. duodecim pulve-

pulverisentur & in vitrum indantur, affundendo Spiritus vini rosacei opt. drach. octo, stent in vitro hermeticè clauso per mensem in loco calido in infusione, ut Spiritus relicto corpore tincturam omnem extrahere posſit. Spiritum tinctum decanta & in vitro benè clauso serva usui, aut eundem si mavis, in MB abstrahe, ut in fundo relinqvatur Essentia, mellis consistentia, qvam cum s. q. sacchari candisati & pulverisati, misce & in vitro ad usum serva.

Vel hoc modo:

R. Ambræ gryseæ opt. unciam, semis, Ol. Amygdal. dulc. unciam unam, benè in mortario marmoreo cum ligneo pistillo incorpora, ac in loco calido in vitro benè clauso digere per mensem, postea fortiter exprime.

R. Expreſsi qvant. acceperis & ei affunde Spiritus Rosarum à phlegmate omni vindicati q. satis, digere per qvatuordecim dies ac destilla per arenam: Sic elevabitur cum Spiritu vini essentia qvoq; ambræ, relicto Ol. amygdalarum in fundo, abstrahe igitur spiritum vini per lenem Calorem ad consistentiam mellis.

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

R. Ambræ gryseæ puræ & probæ scrupulos octo.
Moschi odoratiſsimi scrup. duos.
Sacchari albiſsimi scrupulos qvatuor.

In porphyritide simul triturando in pollinem redigantur, & pulverisata cum Spiritu Rosarum per se, vel cum Spiritu Liliorum Convallium per se facto ardentiſsimo terantur optimè, sæpius aliqvid de Spiritu Rosf. vel Liliorum Convallium guttatim affundendo, attemperando & rursum paulatim reponendo, ut qvasi siccescant, denuo, ut prius, terantur, & ad usum serventur.

EXTRACTUM CASTOREI.

R. Castorei opt. & recentiſsimi lib. semis vel q. v. minutiſ-

fimè conſcinde, in cucurbitam inde, affunde Spiritus vini opt. correcti tantum, ut qvatuor digitos ſupernatet: ſtent in infuſione in MB calido per dies decẽ & qvatuor vel donec ſpiritus vini ſaturatim fuerit tinctus. Spiritus tinctus decantetur, & alius denuò reaffundatur, iterumq;, ut tingatur deponatur, & hic labor toties repetatur, donec Caſtoreum omnem tincturam depoſuerit. Tinctos ſpiritus conjunge & in MB deſtilla ad remanentiam in fundo ſapæ.

R. Hujus ſapæ uncias tres,

Spiritus ab Extractionibus reſervati unc. ſex. In phialam inde, & phialam benè clauſam in B. vaporoſo calido per decem . & qvatuor dies depone, demum in vitro benè clauſo uſui ſervetur, & ſignetur *Eſſentia Caſtorei.*

ESSENTIA CITRI.

R. Flavedin: Cortic: Citri recenter abraſæ & ſub umbra exſiccatæ uncias qvatuor, Conſcinde groſſo modo, in cucurbitam inde, & affunde ſpiritus vini anteà à corticibus recentiſsimè abſtracti optimi & fortiſsimi unc. duodecim, Cucurbita exactè clauſa deponatur in loco calido, usq; dum ſpiritus vini tincturam è Corticibus extraxerit & ſaturatim fuerit tinctus. Jam

R. Sacchari candiſati albiſs. lib, ſemis vel lib. unam, vel q. vis, & in porphyritide terendo redige in pulverem ſubtiliſsimum, cui inſtillatione guttatim facta de citri tinctura ſuperius deſcripta jungatur, qvantum de illa ſacchari pulvis imbibere poterit: ubi ſaccharum cum tinctura fuerit inebriatum, in cucurbitam indatur & cucurbita exactiſsimè clauſa deponatur in loco calidiore ſicciore, ut lento calore exſiccari & iterum redigi poſsit in pulverem, qvi iterum in eadem citri tinctura eodem, ut dictum eſt, modo inebriatus exſiccetur, & hic inebriationis & exſiccationis actus toties repetatur, donec ſaccharum omnem citri tincturam abſorpſerit. Hic Sacchari pulvis cum tinctura Citri imprægnatus denuo

in

inporphyritide teratur & cum olei ex corticibus Citri jam jam destillati & recentissimè rectificati drach. sex, vel aspersione succi corticum Citri recentium digitis expressi q. s. irroratus in vitro exactissimè clauso in loco calidiore & ficciore asservetur ad suos usus.

ESSENTIA MARTIS LIQVIDA.

R. Ferrum limatum igne valido candefac, aut in crucibulo aut olla excandescens limatum ferrum extingue in sufficienti qvantitate aceti acerrimi: reiteretur labor prædictus ter aut qvinqvies semper cum extinctione ferri in aceto. Deinde acetum (Essentia Martis prægnans) filtra per chartam & impone cucurbitæ, abstrahe acetum in balneo ad latitudinem trium digitorum: remanentiis verò affunde spiritum vini in qvantitate sufficiente pro extrahenda Essentia Martis, iterum Spiritum vini tinctum filtra & in balneo abstrahe, usq; ad syrupi liqvidioris consistentiam.

ESSENTIA MARTIS SICCA CROLLII.

R. Scoriam ferri cœruleam, tere in pulverem minutim, pone in vitro, affunde acetum vini destillatum acerrimum, stent in calore mediocri per qvatuordecim dies, & tingatur colore rubro; Filtra & abstrahe in balneo. Remanet materia rubra, à qva ter vel qvater aqva pluvialis abstrahitur, ut sapor aceti evanescat.

ESSENTIA SACCHARINA BEGUINI.

R. Sacchari albi, grossi, tusi uncias qvatuor, Spiritus vini rectificati uncias octo. Spiritum vini succende in scutella figulina vitreata, in qvam Saccharum injice continuò spatulâ agitando, donec flamma cesset. Adde si placet aq. Rosaceæ uncias duas Misce & sign;. Essentia Saccharina.

Seqvens liqvor præparari poterit loco

TINCTURÆ CORALLORUM.

R. Corallorum rubrorum select. lib. unam vel q. vis, inde in crucibulum luto fortissimo munitum, & igne reverberii primum lento, ut viva flamma, Corallia in crucibulo superficietenus tangat, & corallia hoc primo qvasi gradu tantum albescant, urge, qvo viso deinde ignem per gradus tamdiu auge donec corallia ex albo flavum, & ex flavo rubicundissimum iterum colorem, qvod spatio bidui vel tridui plerumq; evenire solet, induerint, & illorum corpus rarum ac spongiosum fuerit redditum: Corallia hoc modo præparata illicò in s. q. Spiritus vini opt. rectificati injiciantur, & qvod intra tres aut qvatuor dies fieri solet, tincturam suam, fœcibus in fundo remanentibus, omnem & qvidem saturatim vini Alcoholi communicent. Hic vini Spiritus tinctura corallorum inebriatus, & in Cucurbitam inditus lento caloris gradu, destillatione in MB ad remanentiam tertiæ partis usq; evocetur, & remanebit in fundo tinctura Corallorum rubicundissima cum saporis dulcedine non ingrata juncta, qvæ instar thesauri magni pretii in vitro exactissimè clauso asservari debet.

TINCTURA HYPERICI.

R. Summitatum Hyperici florentis pulverisatarum, qvantum vis, macera octiduum in Spiritus vini rectificati suffic. qvant. Stent in loco tepido, postea filtrentur, & accipies tincturam rubicundissimam instar rubini, Saccharo edulcorandam, & ad usus suos asservandam.

OLEUM ABSYNTHII DESTILL.

R. summitatum Absynthii ad maturitatem seminis accedentium, qvantum vis; macerentur aqva fontana salsa per dies qvatuordecim, vel sine maceratione, addita salis s. q. Destillen-

Destillentur per vesicam, & exibit aqva cum oleo Separetur oleum per filtrum aut chartam bibulam.

Hac ratione paratur oleum *Menthæ.*
Ruthæ.
Salviæ.

OLEUM ANGELICÆ DESTILL.

R. Seminis Angelicæ contusæ,lib. unam.
Aqvæ fontanæ lib. decem.

Stent in digestione per novem dies, adde manipulum salis vel Tartari, destilla per vesicam, & oleum separetur ab aqva.

Eodem modo fiunt
Oleum Anisi,
Carui,
Coriandri,
Cumini,
Fœniculi.

OLEUM ARANTIORUM.

R. Pomorum Arantiorum copiam,

Separentur cortices usq; ad album subtiliter, incidantur & destillentur per vesicam, affusa aqvæ Ros. & Buglossæ sufficienti qvant.

Ita etiam fit
Oleum Citri.

OLEUM GARYOPHILLORUM.

R. Gariophyllorum lib. unam.

Contund. in pulverem grosso modo, ponantur in vase figulino addendo salis unciam unam, affunde aqvam tepidam. Stent in infusione per dies qvinq;, imponantur in vesicam & destillentur. Separetur oleum modo solito.

Modum conficiendi eundem habent

Oleum Cinamomi,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Piperis,
Zedoariæ.

OLEUM CAMPHORÆ.

R. Camphoræ elect. unc. qvatuor vel q. vis.

Salis communis & salis Tartari ana drach. tres, terantur subtilissime & cum s. q. lactis redigantur in formam pultis. Hæc indatur in Cucurbitam humilem, deponatur in B. Cinerum per tres dies ad digerendum. Deinde ei affundantur vini Malvatici unciæ octo, & apposito capitello destillentur lento igne, & prodibit simul cum aqvosa parte, substantia oleosa, qvæ utraq; rectificari poterit.

Vel hoc modo ex *Keslero.*

R. Camphoræ elect. q. v. inde in urinale & desuper aliud urinale impone inversum, & juncturis benè clausis ex cinere sublima, toties & tamdiu urinalia invertendo, donec Camphora in oleum abeat, qvod in vitro benè clauso usui servetur.

OLEUM CERÆ.

R. Ceræ optimæ & à sordibus purgatæ qvantum vis, liquefac & in illa frustula laterum ignita extingue, ut eam imbibant, qvo facto frustula illa cum cera ita nutrita in retortam inde, & igne forti destilla.

R. Olei Ceræ hoc modo destillati, q. receperis, & super recentes Ceræ particulas, igne cinerum rectifica & usui serva.

OLEUM ANTIMONII QVERCETANI.

R. Miner: Antimonii ad albed: Calcinatæ lib: semis.
Sachar. cand: alb: cum Spiritu vini optimè rectificati, in formam Syrupi redacti lib. unam. Misce & digerantur diebus qvinq; in Mariæ Balneo. Deinde per gradus ignis destillentur excipiendo 1. Spiritum vini. 2. Liqvorem album, 3. Flavum. 4. Rubi-

4. Rubicundissimum instar sangvinis. Collige singula seorsim aut separa ab invicem.

OLEUM CHAMOMILLÆ
ex floribus.

R. Florum Chamomillæ Romanæ siccorum. Contunde & impone in vas fictile, addito sale: superinfunde aqvam calidam, stent per qvatuordecim dies, destillatis per vesicam abstrahatur oleum.

Ita etiam parantur
Olea flor. *Lavendulæ*
Rosarum
Spicæ.

OLEUM JUNIPERI EX BACCIS.

R. Baccar. Junip. qvantum lubet.

Contundantur, immittantur in ollam, affusâ aqva calida, stent in fermentatione, postea destillentur, & aqva ab oleo separetur.

OLEUM GALBANI SENNERTI.

R. Gum. Galbani selecti lib. unam:
Silicum Calcinatorum lib. unam semis.
Salis communis uncias sex.

Destillentur in arena per retortam vitream, destillabit liqvor albus cum oleo flavo, qvo facto, recipiens mutetur, & aucto igne exibit oleum rubrum, qvod rectificandum & exibit oleum flavum.

Hoc modo fiunt
Oleum Benzoï
Myrrhæ
Mastich.
Succini.

OLE-

OLEUM PHILOSOPHORUM,
ſive de lateribus Meſuæ.

R. Laterem aut tegulam rufam antiqviſsimam,ex rufo luto ductam ,eam confringe in fruſta mediocria, & in prunis urito, donec tota excanduerit: deinde ex prunis exemta fragmenta reſtinguito oleo claro veteri, ac dimittito, qvousq; ſe oleo impleverint. Poſtea oleo exempta in pulverem tenuiſsimum contundito, atq; in retortam aut Cucurbitam vitream indito, & ſ. a. luto chymico juncturas vitrorum claudito, ac ſub tus accenſis prunis oleum elicito & prolectum reponito.

OLEUM SALIS COMPOSITUM HARTMANNI.

R. Salis Communis,
Nitri præparati ana part. æq.

Commiſceantur luto figulino, formentur orbiculi, qvi ſiccati per retortam deſtillentur igne fortiſsimo. Liqvoris deſtillati lib. unam cum unciis qvatuor ſalis commiſce, per retortam deſtilla, & rectifica.

OLEUM SATURNI.

R. Salem Saturni Cryſtallini tritum vaſe vitreo longi colli impone, affunde Spiritum Therebinthinæ, in cineribus calidis digere, tincturam extrahe, ut è floribus ſulphuris fieri ſolet. Solvatur Sal in liqvorem rubentiſsimũ rubini inſtar, mox retortæ impone, deſtilla inſtar aqvæ ſtygiæ primo lento igne, qvoad Spiritus Therebinthinæ exierit, deinde mutato recipiente auge ignem in horas, qvoad totum oleum exierit.

OLEUM TARTARI SENNERTI.

R. Salis Tartari præp. qvant. vis. Abſtrahe aliqvoties acetum deſtillatum, novum ſemper recipiendo, donec de ſua acredine nihil poſt ſe relinqvat amplius, deinde ſolve hoc Sal aliqvoties in Spiritu vini rectificati optimè, atq; ipſum toties ab illo

illo Sale abſtrahe, donec maſſa alba relinqvatur, hæc in loco frigido ponenda, ut ſolvatur in liqvorem rubrum, qvod duorum vel trium dierum ſpatio fiet.

OLEUM THEREBINTHINÆ.

R. Therebinthinæ pellucidæ q. vis, deſtilletur lento igne, habebis primò oleũ album, ad qvod ſeqvitur flavum & ultimò rubrum, qvod fortiori igne erit extrahendum. Hæc olea ſeparata reſerva, rubrum eſt balſamum, qvod in arena poteſt rectificari.

OLEUM VITRIOLI RUBRUM.

R. Vitrioli ad rubedinem calcinati lib. tres. Terantur in pulverem tenuiſsimum, cum Spiritu vini aſpergantur, & per retortam vitream fortiter deſtillentur, poſtea rectificentur & reſerventur.

BALSAMUS ANGELICÆ.

R. Corporis noſtri pro balſamis internis unciam ſemis.
Tincturæ ſ. extracti Angelicæ ſcrup. unum ſemis.
Ol. Angelicæ drach. unam ſemis.
Sal. Angelicæ gr. ij. Miſce, dentur ad fictil. Sign. *Balſ. Angel.*

CORPUS PRO BALSAMIS internis.

R. Nucum Moſchatarum à corticibus exterioribus liberatarum lib. unam vel q. v. Contunde, inde in Cucurbitam & affunde Spiritus vini optimè rectificati, q. s. ut qvatuor digitos tranſverſos ſupernatet. Cucurbitam bénè clauſam depone in MB calido per tres dies & totidem noctes. Deinde Spiritum vini decanta & ſeorſim ſerva, novumq; Spiritum vini ſuper affunde, iterum digere, & ubi ſimul per triduum in digeſtione ſteterint, Spiritum vini iterum decanta & hunc affuſionis & effuſionis digeſtionisq; laborem toties repete, donec ex cor-

pore nuc. moſcatarum nihil amplius extrahi poſsit. Tinctos ſpiritus omnes conjunge & in MB deſtilla ad remanentiam in fundo Sapæ, qvam uſui ſerva. Signetur *corpus pro balſamis internis.*

CORPUS PRO BALSAMIS externis.

R. Materiam poſt extractionem relictam albam & in mortario marmoreo cum ligneo piſtillo benè triturando cum aqva Roſarum aut aqva pluviali deſtillata aliqvoties lava, & demum exſicca, & ad uſum ſerva.

PARADEIGMA BALSAMI Cephalici Externi.

R. Corporis noſtri pro balſ. extern. unciam unam.
Ol. de Been, rec. opt. drach. duas.
Liliorum Conv. ſcrup. unum.
Roſarum ex floribus ſcrup. unum ſemis.
Majoranæ,
Salviæ ana ſcrupuloſ duos.
Roſmarini veri non mangonizati ſcrup. ſemis.
Succini ſcrupulum ſemis.
Tincturæ ambræ opt. ſcrupulum unum.
Majoran: virid: q. s. pro colore.
In mortario marmoreo cum marmoreo piſtillo benè triturando miſce.

TINCTURA MAJORANÆ.

R. Foliorum Majoranæ virid: M. qvatuor, inde in mortario marmoreo calido, adde corporis noſtri pro balſamis ext: alb. unciam unam, Olei de been unciam ſemis, & cum piſtillo marmoreo calido tamdiu terendo & contundendo miſce, donec corpus viridi colore ſaturatim fuerit tinctum, qvo viſo prælo fortiter exprime, & uſui ſerva.

FECU-

FECULA RADICIS ARONIS.

R. Rasuræ radicis Aronis,qvantum vis: minutim incisam & contusam sacco lineo inditam sub prælo extrahas,& qvam fortissimè succum exprimas, qvem in loco frigido detineas, & videbis fæces albissimas instar Amyli in fundo colligi, qvibus aqva turbida supernatat, qvam per inclinationem separes, Amylum verò in fundo residens, exsiccetur in umbra, & paucis horis materia in forma Amyli exsiccata,erit Fecula Aronis.

Ita etiam succedit præparatio

Feculæ Bryoniæ.

Iridis.

GERSA S. CERUSSA SERPENtariæ.

Ex radicibus serpentariæ majoris ab extimo cortice nigro mundatis, ac in lapidea pila tusis, succus exprimatur, qvi in vitreo catino probè tectus ad solem siccetur, donec cerussæ similis evaserit.

MAGISTERIUM ALUMINIS.

R. Aluminis purissimi & pellucidi qvantum vis. Compone aptè in vesicam bubulam, aut suillam, & sic in aqvam fervidam immerge,donec Alumen contentũ liqvescat, inq; liqvorem penitus convertatur. Liqvor filtro depuratus destillatur per Alembicum, Cucurbita brevi in cineribus posita, ad siccitatem usqve materiæ,seu remanentiam capitis mortui. Qvod ipsum denuo prædicto modo in liqvorem solvitur, destillaturqve, idq; eo usq; repetendo, donec tota aluminis substantia, rejectis tantum inqvinamentis, Alembicum transcenderit.

MAGISTERIUM CORALLIORUM.

R. Corallia in Succi Citri depurati partibus tribus, & Spiritus salis optimè rectificati parte una solvuntur, soluta per

chartam bibulam, affundendo aqvæ destillatæ pluvialis qvantum sufficit, filtrantur, & cum oleo sulphuris per campanam præcipitantur, præcipitata & optimè edulcorata cum spiritu vini optimè rectificati q. s. aliqvandiu digeruntur: Demum abstracto iterum vini spiritu in vitro benè clauso asservantur ad usus.

MAGISTERIUM MARGARITARUM.

Margaritæ eodem menstruo solvuntur, solutæ per chartam bibulam aliqvoties, ut eô facilius & citius transeant, aqvâ roris majalis destillatæ, qvantum sufficit, affundendo filtrantur & cum oleo sulphuris per campanam vel per spiritū vitrioli præcipitantur, præcipitata & cum aqva roris majalis destillata edulcorata cum spiritu vini opt. rectificati per dies aliqvot digeruntur. Demum vini spiritu iterum per destillationem abstracto, in vitro benè clauso servantur.

Eodem modo parantur *Magisteria*
Granatorum,
Hyacinthi,
Matris Perlarum,
Smaragdi,
Oculorum cancri, &c.

MAGISTERIUM CORNU CERVI.

R. Limaturæ Cornu Cervi justo tempore cæsi uncias sex. Irroretur cum Spiritu nitri, postmodum superfunde Acetum vini optimè destillatum, stent per aliqvot dies in digestione, deinde filtrentur per chartam emporeticam, immitte oleum Tartari & præcipitabitur pulvis ad fundum, qvem freqventioribus ablutionibus edulcora & ad usum reserva.

Ita etiam fiunt
Magisteria Ungulæ Alcis,
Cranii humani,
Mandibul. Lucii piscis.

MAGI-

MAGISTERIUM JALAPPÆ.

R. Rad. Jalappæ selectæ uncias octo. Pulverisentur grosso modo, superfunde spiritum vini optimè rectificatum, ut tres vel qvatuor digitos supereemineat. Stent in infusione in loco calido per aliqvot dies, postea forti expressione per chartam bibulam filtrando cola; filtrato liqvori superfunde aqvæ fontanæ aut Rosarum q. s. sicq; præcipitabitur pulvis seu resinosa substantia Jalappæ ad fundum, aliqvoties abluenda, demum exsiccanda, terenda & ad usum servanda.

Eodem modo paratur *Magisterium Scammonii.*

MAGISTERIUM SULPHURIS
seu Lac ejusdem.

R. Flor. Sulphuris unciam unam.
Salis Tartari uncias tres.
Misce & superfunde aqvæ communis lib. tres, digere in arena, per diem naturalem, ita ut sub finem aqva ferè bulliat, & sulphur penè omne solutum sit, postea filtra calidè per chartam Emporeticam, & super funde aceti destillati qvantum sufficit, & præcipitabitur pulvis lacteus sulphuris paulatim ad fundum: deple humorem & reiteratis ablutionibus materiam edulcora, ultimò ablue cum aqva Cordiali & exsicca.

MAGISTERIUM TARTARI VITRIOLATI.

R. Salis Tartari albissimi, siccissimi, in mortario marmoreo calido in pollinem redacti, vel ejus loco salis Tartari in cella resoluti uncias qvatuor vel q. v. inde in vitrum latioris orificii vel patinam vitream & guttatim affunde Spiritus Vitrioli opt. correcti, qvantum capere potest, ut præcipitetur in Magisterium, qvod in loco calido continuo cum spatula lignea agitando exsiccetur & usui servetur.

SAL ABSINTHII.

R. Cinerum Absinthii lib. octo. Sulphuris flavi pulveri-

ſati uncias qvatuor. Simul benè miſce, & in ollam nondum exactè coctam inde, & igni furni figulini expone fortiſsimo, ut iterum calcinari poſsit: Cineres hos ſecundo calcinatos in lebetem inde & affuſa q. s. aqvæ coqve per horas duas vel tres, deinde aqvâ calida dilue; & per manicam Hippocratis aliqvoties traijciendo ſalſedinem extrahe.

R. *Liqvoris* ita extracti ſalſi clari & pellucidi, qvantum receperis, & inſpiſſetur & crucibulo inditus igni fortiſsimo tamdiu exponatur, usq; dum fluxerit: Sal fuſus calidæ aqvæ puræ immittatur, ut diſſolvatur, reſolutus filtretur, & iterum cucurbitæ inditus deſtilletur, ad humiditatis fere conſumptionem, demum in cellam reponatur, ut cryſtalliſetur. Si primo hoc labore cryſtalli non ita puri & pellucidi evaſerint, ſolutionis, filtrationis & coagulationis labor repetendus eſt.

SAL CORALLORUM.

Corallia poſt tincturæ extractionem reſidua, cum Sulphure tamdiu donec in cineres abierint, calcinantur, & ex his cineribus, ſuper fuſa aqva Urticæ minoris deſtillata, ſal extrahitur, qvod abſumpta per deſtillationem humiditate aqvoſa in loco frigido, ut concreſcat, deponitur.

SAL ſive SACCHARUM SATURNI.

R. Cinerem plumbi, aperto igne ſine alio adjecto præparatum: ex illo ſalem cum aceto deſtillato extrahe, qvem poſtea aqva pluviali ſolvendo, filtrando & leniſsimè in balneo evaporando ſepties edulcora.

SAL PRUNELLÆ ſeu NITRUM depuratum,

R. Salis Petræ qvantum placet. Solve in aqva communi & per chartam emporeticam traijce, qvò à ſordibus omnibus expurgetur, deinde vaſe vitreato decoqve, & crebro deſpuma, coagula poſtmodum in frigido. Exſiccatum tere, & ſartagini impone,

impone, ut intra prunas accensas liqvefieri possit. Liqvati Nitri libræ injice florum Sulphuris unciam unam, non semel una vice, sed pluribus, donec omnis pingvedo sulphurea deflagrarit, tandem Sal Nitri probè eliqvatum & purum in vas ferreum vel æneam pelvim prius probè excalefactam, effundatur, ut in frigore concrescat.

SAL TARTARI.

Sternitur Tartarum in vase terreo non vitreato plani fundi ad crassitiem digiti: Reverberatur postea ad albedinem usq;, spatio qvinq; vel sex horarum, igne ita moderato propter fusionem, ut vas saltem candeat: tum perfunditur aqva communi, filtratur & coagulatur. Ex hoc sale per deliqvium soluto, fit *Oleum Tartari per deliqvium* vocatum, ad Medicos usus rarò expetitum, Hermeticis verò operationibus freqventer inserviens.

SAL VITRIOLI VOMITORIUM
Angeli Salæ.

R. Vitrioli Ungarici cœrulei & optimi qvantum vis, calcinetur in crucibulo ad ignem rotæ, donec in pulverem bruneum, seu obscurè purpureum abeat. Huic Vitriolo prædicto modo calcinato, & in vase vitreo posito, superfundatur aqvæ communis bona qvantitas, sensim & sensim agitando, ne in fundo conglometur, donec aqva affusa refrixerit. Stent ita viginti qvatuor horis, postea traijciantur per chartam emporeticam in patinam latam vitreatam, & fiat exhalatio super ignem lentum, donec sal in fundo reperiatur siccum, & coloris qvodammodo incarnati, qvi pulverisando in albedinem convertitur.

SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS.

R. Salis absinthii Crystallini & summè depurati, sufficientem qvantitatem, huic affunde spiritus vitrioli tantum, ut cum eo secun-

ſecundum artem coagulari & uniri poſsit; cum exſuperantia tamen Spiritus Vitrioli coagulatum juſto modo in vaſe vitreo conſerva ad uſum.

FLORES ANTIMONII.

R. Antimonii ſelect. libram unam.

Tere in ſubtilem pulverem & ex vaſe terreo in ollas artificiosè ſibi incumbentes, applicato ſupernè Alembico roſtrato, ſublima ſecundum artem, dando ignem per gradus.

Si cui verò libuerit correctiorem ex iis componere Medicinam, ei ſeqvens paradeigma inſervire poterit.

R. Florum Antimonii per ſe vel cum arena ſublimatorum unciam unam. Salis Tartari acidulati unciam unam ſemis. Miſce & in crucibulo igne fortiſsimo fluant & liqveſcant: Maſſa liqvefacta ſupra marmoream tabulam effundatur, ubi refrixerit teratur, & huic in cucurbitam inditæ Maſſæ tinctura aromatica affundatur. Hoc facto cucurbita exactè clauſa in loco calido ad digerendum per qvatriduum depoſita maneat, deinde appoſito capitello deſtilletur lento igne vini ſpiritus, remanente in fundo aromatum cum pulvere Antimonii & Tartari tincturâ, qvæ ad ſiccitatem abſtracta in vitro optimè clauſo ſervetur.

PRÆPARATIO SALIS TARTARI acidulati.

R. Salis Tartari freqventi ſolutione & coagulatione ſummè depurati, q. v. affunde ei de aceto deſtillato, qvantum pro ſolutione ſalis ſufficit, abſtrahe acetum lento igne in MB, affunde novum acetum deſtillatum, & iterum abſtrahe, & hunc affuſionis & abſtractionis laborem toties & tamdiu repete, donec acetum ejusdem ſaporis deſtillando egrediatur. Demum Sal Tartari in fundo reſtans ſerva uſui.

PRÆPARATIO TINCTURÆ AROmaticæ.

R. Galangæ, Galliæ Moschatæ, Garyophillorum, Cinamomi, Maceris ana unciam unam semis. Zedoariæ unc. semis, Rad: Imperatoriæ, Helenii, Acori, Croci ana drach. tres, Concisa & contusa minutissime indantur in vitrum latioris orificii, & affundatur alcohol vini q. s. ut qvatuor digitos supernatet. Vitrum benè clausum deponatur in loco calido vel Balneo arenæ vel cinerum, donec Spiritus vini fuerit tinctus saturatim, qvo viso spiritus tinctus effundatur & novus reaffundatur, idq; toties repetatur, donec species tincturam omnem deposuerint. Tincti spiritus omnes conjungantur & in vitro optimè clauso usui serventur.

FLORES SALIS ARMONIACI.

R. Salis Armoniaci libram unam.
Sqvamæ ferri uncias decem.

Misce diligenter, & in Cucurbitâ in arena sublima secundum artem. Vase refrigerato, separa qvod sublimatum est, & misce cum qvinq; aut sex unciis salis communis fusi, repetendo istam ultimam sublimationem qvinqvies aut sexies, novum semper salem addendo.

FLORES BENZOINI.

Benzoinum tere, & ollæ rotundæ impone, deinde claude duplici charta emporeticâ, convoluta in modum Manicæ Hippocratis; da postea ignem ad sublimationem idoneum floresq; niveos sæpius collige.

FLORES SULPHURIS.

R. Sulphuris flavi libram unam.
Salis fusi pulverisati libras duas.

Pulverisentur & misceantur, vitreæq; cucurbitæ cum collo mediocri non nimium capaci, argillâ benè munitâ im-

ponantur, & aptatis ſublimatoriis collocentur in balneum arenæ. His peractis igne primum lento ad qvintam usq; horam phlegma deſtilletur, deinde ignis augeatur ſenſim & ſenſim ut flores elevari poſsint: Ubi flores in Vaſe ſublimatorio fuerint elevati omnes, refrigeratis organis debito modo, ita ut chartam rotundam vel qvadrantem ſubtus, ne ſublevando ſublimatoria flores in arenam cadant, tenendo eximantur, & rurſum cum dupla qvantitate ſalis fuſi pulveriſati jungantur, & labor hic tertiò repetatur. Poſt tertium ſublimationis laborem flores omnes colligantur, & in vitro benè clauſo uſui ſerventur.

FLORES SULPHURIS
compoſiti.

℞. Florum Sulphuris ter elevatorum uncias duas.
Aloes hepaticæ,
Myrrhæ ſelectæ ana unciam unam,
Croci ſcrupulum unum.
Terantur in pollinem ſubtiliſsimum & ſerventur ad uſum.

Vel hoc modo præparantur.

℞. Florum ſulphuris ante dicto modo elevatorum unciam unam ſemis.
Myrrhæ ſelect.
Aloes Epaticæ ana unciam unam,
Croci drach. unam,
Thuris,
Maſtichis ana unciam ſemis.

Omnia trita ac benè mixta ſublima primo lento, mox fortiore igne, ut omnes flores ſublimentur. Ubi flores omnes fuerint ſublimati organis refrigeratis eximantur & uſui ſerventur.

CRO-

CROCUS MARTIS.

R. Limaturæ Martis, q. sufficit.

Igne reverberii eousq; examina, donec asperitate & pondere penitus privetur, ac in florem rubicundissimum abeat, cum aqvis convenientibus ablue, & serva ad usum.

CROCUS MARTIS EX OLEO Sulphuris.

R. Limaturæ ferri unciam unam. Dissolve in Spiritus sulphuris unciis octo. Digere per noctem, & destilla per alembicum spiritum sulphuris ex arena: Reverbera leni igne per tres aut qvatuor horas & serva ad usum.

CROCUS METALLORUM.

R. Antimonii electi,
Salis communis,
Nitri ana partes æqvales.

Minutissimè trita & mixta cum catino luto probè munito, foramine tamen parvulo in medio superficiei spirituum arsenicalium exhalandorum gratiâ relicto, in furnum anemium collocentur, igne follium adhibito, donec omnia sufficienter fluant, tam diu hoc continuando, qvamdiu fumus per foramen illud perrumpere non desinit, ignem probè ad qvadrantem horæ adauge, deinde exime, ubi vase infrigidato Antimonium in fundo à salibus supereminentibus instar Reguli à scoriis seqvestratum sese malleo detruncandum, atq; in pulverem terendum facilè dabit. Tritus pulvis instar Cinnabaris rubicundissimus erit.

VITRUM ANTIMONII HYACINTH:

R. Antimonii Ungarici qvantum vis. Tere, & pone cum olla non vitreata supra ignem lentum, & incipiet fumigare. Rutabulo in extremo reflexo, agitato sedulò, ne adhæreat. In nodos fortè si concrescat, iterum tere, & ad ignem denuo col-

loca,procedendo ut prius,donec fumum non amplius evomat nec in nodos concrefcat, fed maneat in forma pulveris. Refri- xum in olla fuforia, colloca ad furnum anemium per tres circiter horas, ut penitus fundatur, idq; mox funde fupra pelvim æneam vel modulum pro libitu effigiatum.

Si cui placuerit, poterit & illud feqventem in modum præparare.

R. Antimonii part. unam.

Boracis partes qvatuor.

Simul aliqvandiu funde, deinde effunde ut in vitrum abeat.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

R. Antimonii,

Salis Petræ ana libram unam.

Pulverifata fimul mifce, & pone in crucibulum inter accenfas prunas, ut candeat, tum injice uncias duas aut circiter hujus mixtionis,& ftatim detonabit. Poftea novos pulveres injice, ita ad finem continuando. Vafe refrigerato, materiam exime, ablue & rurfum tere, mifcendo ut fupra cum ana Salis Petræ, eodem modo calcinando, & elaborando, tertiâ etiam vice fimiliter peragendo. Tandem da ignem liqvefactionis modicæ, ad horæ fpatium. Ultimo totum illud, qvod remanfit, tritum coqvatur in aqva fontana per aliqvot horas: Poftea calens decoctum per filtrum transmittatur, & loco frigido relinqvatur, fic nimirum per ebullitionem id qvod fubtilius, in aqva folvitur & tandem præcipitatur in pulverem admodum albicantem & tenuem, fæpius abluendum & exficcandum. Qvod fi acetum deftillatum immittatur in idem decoctum filtratum, facilius & celerius pulvis ifte cadet.

ANTIMONIUM PRÆPARATUM AD pulverem Comitis WARVVICHII.

R. Anti-

R. Antimonii optimi unciam unam.
Salis nitri uncias duas.

Simul diligenter triturentur, mox in vaſe teſtaceo ſupra carbones ignitos collocato, ponantur ad calcinandum igne non admodum vehementi. Hoc facto, iterum tantundem Salis Nitri addatur, & denuo comburantur. Tertiò deniq; rurſus tantundem Salis Nitri ſuperaddatur, & calcinentur, ferro continuo res dictas agitando, ut undeqvaqve ex æqvo penitus combuſtæ ſint, id qvod ex colore cognoſcitur, qvi vel ſubalbus vel ſubflavus eſſe ſolet; & ſi ſuper ignitos carbones iterum ponantur, non amplius crepitum vel ſonum emittunt. Qvin etiam idem Antimonii pondus, vel parum excedens, qvod ante calcinationem fuerat, poſt calcinationem remanere debet.

MERCURIUS COSMETICUS vel præcipitatus albus.

R. Mercurii uncias qvatuor.

Diſſolve in aqvæ fortis ſufficienti qvantitate, & affunde aqvam ſalſam, præcipitabitur in album pulverem, diſſolvens per inclinationem effunde, & præcipitatum multis ablutionibus omni ſalſedine & acrimoniâ priva: Tandem exſicca, aqva roſacea ablue, & iterum exſicca.

MERCURIUS SUBLIMATUS.

R. Mercurii purificati,
Vitrioli calcinati.
Salis præparati ana lib. unam.

Subigantur cum pauxillo aqvæ fortis, aut modico aceto, exſiccentur, terantur & miſceantur ſimul in mortario lapideo tamdiu, donec Mercurius una cum prædictis ſpeciebus in pulverem abeat. Tritam materiam inde cucurbitæ cum alembico, dando in arena ignem per gradus, ad octo vel decem horas.

Vel hoc modo *Mercurius*
Sublimatus præparari poterit.

R. Mercurii vivi currentis affusione Spiritus vini in cucurbita, continuâ per horas sex agitatione à sordibus benè purgati, libram unam vel qvantum vis, inde in vitrum strictioris orificii & eis affunde Spiritus Vitrioli & Spiritus salis ana q. s, ut Spiritus Mercurium qvatuor digitos transversos supernatet. Vitrum exactè clausum in loco calido per septem dies depone, deinde materiam supra descriptam in retortam inde & spiritum forti destillatione evoca, ad siccitatem usq; Mercurii, qvi instar massæ albicantis in fundo cucurbitæ remanebit. Hanc massam iterum in cucurbitam inde & in Balneo arenæ vel igne aperto fortissimo ignis gradu pelle, donec ex fundo vasis tota ad latera cucurbitæ sublimata sit. Sublimatum hunc Mercurium fracto vitro exime, pulverisa, & iterum cucurbitæ inditum igne aperto sublima & usui serva.

MERCURIUS SUBLIMATUS dulcis.

R. Mercurii modo jam dicto sublimati uncias octo, dicto modo purificati Mercurii uncias sex vel q. s. terendo invicem in mortario marmoreo cum ligneo pistillo, & partem post partem exactè miscendo donec in sublimatum Mercurius vivus omnis fuerit absumtus, inde in phialam infra benè lutatam, & in igne aperto sublima, donec totum ad superiorem phialæ capacitatem ascenderit, id qvod plerumq; octo aut decem horarum spatio fieri solet, fracto vitro Mercurium crudum prima hac sublimatione prodeuntem curiosè aufer, residuum denuo priori modo sublima, idq; tertiò aut qvartò repete, sine ulla additione rei externæ, & evadet sublimatus instar crystalli pellucidus, qvi in vitro exactè clauso servetur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS rubeus.

R. Mer-

R. Mercurii lib. semis.

Dissolve in aqvæ fortis sufficienti qvantitate, fiat evaporatio ad siccitatem, igne forti ad extremum administrato. In fundo hærebit pulvis rubeus præcipitatus.

TURPHETUM MINERALE.

R. Mercurii purificati uncias qvatuor.
Olei sulphuris rectificati uncias octo.

Misce & digere per biduum in arena: deinde per retortam destilla cum tribus cohobiis, ultimò igne vehementi, ut retorta candeat. Massam albam exime, & tere, aqva destillatâ calida sæpius ablue, donec præcipitatum videas versum in pulverem flavissimum, super qvem spiritum vini ter accendas.

ALIUD MYNSICHTI.

R. Mercurii sublimati qvantum vis, Resolve illum in aqva pluvia calida, solutionem aliqvoties filtra, filtratam vitro immitte, & guttatim infunde tantum olei salis Tartari, qvantum putabis reqviri, qvoad in fundo appareat & subsistat pulvis rubeus: Aqvositatem profunde, & pulverem rubeum retine, aqva communi edulcora, usq; dum omni acredine & salsedine destituatur. Cohoba denuo cum aqva Mellis rectificata sex vel septem vicibus; Cohobiis tot repetitis, tandem pulvis eximatur, & affunde alcoholi vini, ut benè humectetur, incendatur, & ferrea spatula move identidem, ut spiritus comburii ardore consumatur. Servetur usui.

GUMMI GAMANDRÆ
Mynsichti.

R. Gummi Gamandræ vel Gum. Guttæ pulverisat. uncias qvatuor, inde in phialam & affunde aqvæ Cichorei ex succo destillat: & cum Spiritus Vitrioli correcti drach. tribus. acuatæ tantũ, ut qvatuor digitos transversos supereemineant: Vitrum in loco calido depone per dies qvatuor, qvotidiè sæpius movendo.

vendo. Exacta qvatriduana infusione aq. Cichorei acidulatam evaporare sine ad siccitaté usq; pulveris Gamandræ.Gumi ita correctum in pollinem redige addendo pulv. subtilisſ. flor. Rosarum rubearum unciam unam, Santali rubr. drach. duas, spiritus vini opt. rectificati, q.s. & in loco calido per horas 24 circula, deinde per chartam filtra, & filtratum paulatim usq; dum siccetur evaporare sine, & ad usum serva.

Vel hoc modo præparatur.

R. Gummi guttæ pulverisati uncias qvatuor, vel q.v. inde in cucurbitam, eiq; menstrui correctorii inferius descripti tantum affunde, ut qvatuor digitos transversos supereminéat, stentq; ita cucurbita benè clausa in loco calido in digestione per mensem, singulis diebus ter vel qvater movendo, deinde apposito capitello blando MB calore destillentur ad siccitatem.

Menstruum Correctorium.

R. Succi limoniorum rec: expressi & per chartam bibulam filtrati uncias duodecim, Spirit. vitrioli opt. correcti drachmas duas. Aqvæ Rof. fragrantisſ. uncias tres.

Aqvæ Cinamomi Diaborraginati unc. unam.

Misce, dentur ad fictil. Sign. ut supra.

TARTARUS EMETICUS.

R. Acidi Tartari subtilisſ. pulverisati, Croci metallorum absinth. ana unc. duas, benè permisce, in phialam immitte, & aqvæ Serpilli compos. lib. duas affunde, & ubi operculo benè clauseris, & tribus aut qvatuor diebus in arena calida deposueris, per manicam filtra calidum juxta artem, ut crocus Metallorum à solutione benè separetur, solutionem, qvæ clarificata pertransit, in locum frigidum ad crystallisandum transfer. Tum crystallos hosce Tartaro impregnatos exime, & ad usum repone.

CROCUS METALLORUM
Abſinthiacus.

R. Antimonij crudi opt. & pellucidi, Salis Abſinthii ana uncias qvatuor.

Miſceantur, igneantur & calcinentur ſingulari diligentia, & debito, ut eſt artis, modo, & antimonium calcinatum ſubrubeum fixum, & arſenicali ſuo ſulphure penitus ſpoliatum invenies, qvod aqva dulci toties ablue, donec nulla amplius Salis abſinthii acrimonia guſtu percipiatur, poſtea pulverem ita edulcoratum & exſiccatum tanqvam verum & genuinum metallorum crocum ad uſum ſerva.

AQUA SERPILLI COMPOSITA.

R. Herbæ ſerpilli cum floribus tempore matutino ante ſolis exortum decreſcente Luna collectæ unc. octo. Chamomillæ rom: unc. duas. Satureiæ, Thymi ana unc. unam infunde in vini Rhenani lib. octo, ſtent in infuſione per aliqvot dies, poſtea deſtillentur: In liqvore deſtillato iterum infunde Herbæ Serpilli cum floribus unc. octo, Caſsiæ ligneæ unc. unã, Ligni Aloës, Macis ana unciam ſemis. Incide in particulas minimas, & poſt debitam digeſtionem denuo per alembicum in MB deſtilla & uſui ſerva.

MERCURIUS VITÆ.

R. Reguli Antimonii, Mercurii ſublimati ana lib. duas. Pulveriſentur & in mortario lapideo exactiſsimè miſceantur, indantur in retortam vitream, & in Balneo arenæ igne primum mediocri deſtillentur, & egredietur inſtar glaciei butyrũ ſeu liqvor Antimonii, qvi ſi in collo concreſcat, ne id obſtruat, cautè carbones, ut liqveſcat, admoveantur.

Correctio fit hoc modo.

Unciis duabus Nitri purificati & in crucibulo fuſi paulatim & per fruſtula adjiciatur uncia una Butyri ſeu liqvoris egreſsi &


per retortam rectificati, & spatula agitando in Regulum cogatur, qvi septies repetita affusione aqvæ calidæ edulcoratus in Sole exsiccetur & usui servetur.

CRYSTALLUS TARTARI.

R. Tartari vini albi grosso modo confracti & aqva frigida toties & tamdiu, ut ab omnibus impuritatibus, ita ut aqva effusa tam clara ut erat affusa, iterum defluat, fuerit liberatus, loti lib. decem vel q. vis, inde in ollam novam vitreatam satis capacem, & affusa qvantitate sufficiente aqvæ, ollam operculo benè claude, & per horas duas aut tres igne forti coqve, ut Tartarus solvatur, sub finem coctionis adjiciendo aliqvot ovorum albumina cum aqva simplici conqvassata, deinde per manicam Hippocratis trajice & cola, in aliam ollam vitreatam satis capacem solutum Tartarum deponendo, ut Crystalli lateribus & fundo ollæ sese applicare possint? Reliqvum qvod de Tartaro nondum soluto in manica remanserit iterum affusà aqva in olla operculo clausa eodem modo coqve, coctum per manicam Hippocratis cola, colaturam in cellam colloca ad crystallisandum, & hunc solutionis & coctionis laborem toties repete, donec Tartarus totus solutus abierit in crystallos, qvi aqva frigida clara pura ac limpida iterum ter vel qvater loti tandem Solis calori expositi siccentur, & usui serventur.

FINIS
DISPENSATORII HAFNIENSIS.





INDEX CLASSIUM DISPENSATORII HAF-NIENSIS.

INDEX COMPOSITORUM in Dispensatorio descriptorum.

A.

Ari

F.

Flo-

Oleum

P.

R.

Unguen-

Typographus Lectori.

Errata hinc inde commissa facilè animadvertent, qvi vel leviter arte Pharmaceutica sunt imbuti. Nulli vacavit illa colligere, & supervacaneum forsan est, illud enim seculum terimus, ubi errare plusqvam humanum creditur. Si in lectione te offendunt remoranturq;, corrige tutemet, qvia levia, vel reliqvis tuis nostrisq; erroribus benignè annumera. Vale.

SOLI DEO GLORIA.

